Ad hoc autem quod de sex principiis objicitur, Dicendum quod sicut dictum est, asperum et lene, et densum et rarum, positiones dicunt partium materiæ interius et exterius, sed secundario dicunt qualitates : quia sic vel sic agunt in sensum, et hoc consideratur in libro sex principiorum; et ideo dicuntur qualitates, quia lene est quod suaviter immutat, asperum quod immutat cum punctione, et densum est quod visu non penetratur, rarum autem quod ubique est pervium : et ideo in comparatione ad sensum ita dicuntur qualitates, sed tamen quia positio causa est, quod sic vel sic sensus istos immutent, ideo illa principaliter sunt positiones, secundario qualitates.

Ad hoc autem quod quæritur, penes quid ista species qualitatis accipiantur, Dicendum quod numerus et ordo sic simul accipi possunt : aut enim accipitur penes formale principium substantiæ, aut penes materiale, ex quo omne accidens accipi habet penes modum substantiæ a qua causatur. Si autem accipitur penes principium formale, hoc non potest esse nisi duobus modis : aut enim accipitur penes modum quo perficit forma materiam, aut penes modum quo forma principium est agendi in composito quod perfectum est. Si primo modo, forma non habet se ad materiam nisi ut dispositio vel habitus, et penes hunc modum est prima species accepta qualitatis. Si autem secundo modo est, a forma effluunt potentiæ naturales, et sic est secunda species qualitatis accepta. Illæ ergo potentiæ aut accipiuntur in se aut secundum quod propria activa inferunt eis proprias passiones. Et primo modo est iterum secunda species qualitatis : secundo autem modo tertia inducitur species qualitatis.

Pero a esto que se objeta sobre la matemática, debe decirse que la figura no es matemática por razón de la figura, sino por razón de la cantidad de la cual es cualidad, y no puede ser absuelta de ella. O puede decirse, como se ha dicho, que la figura es matemática según que es cantidad terminada; pero según que es la terminación de lo cuanto, así es cualidad, y de este modo no es considerada por el matemático.

Pero a esto que se dice, que la figura nada añade sobre la cantidad, debe decirse que es falso: pues añade un modo de cualidad que no es cantidad, que es lo agudo, o recto, u obtuso en los ángulos, o lo redondo, o lo plano: las cuales no son razones solamente, sino que son cosas: de donde también de una u otra manera inmutan el sentido propio del tacto; y toda inmutación del sentido propio es por la cualidad.

Pero a esto que se objeta de los Seis Principios, debe decirse que, como se ha dicho, lo áspero y lo liso, y lo denso y lo raro, dicen posiciones de las partes de la materia interior y exteriormente, pero secundariamente dicen cualidades: porque de tal o cual manera actúan en el sentido, y esto se considera en el libro de los Seis Principios; y por eso se llaman cualidades, porque lo liso es lo que inmuta suavemente, lo áspero lo que inmuta con punción, y lo denso es lo que no es penetrado por la vista, pero lo raro es lo que en todas partes es permeable; y por tanto, en comparación con el sentido se llaman así cualidades, pero sin embargo, porque la posición es la causa de que inmuten de tal o cual manera estos sentidos, por eso aquellas cosas son principalmente posiciones, secundariamente cualidades.

Pero a esto que se pregunta, ¿respecto a qué se reciben estas especies de cualidad?, debe decirse que el número y el orden pueden recibirse así simultáneamente: o bien se recibe respecto al principio formal de la sustancia, o respecto al material, a partir del cual todo accidente tiene que ser recibido respecto al modo de la sustancia por la cual es causado. Si se recibe respecto al principio formal, esto no puede ser sino de dos maneras: o bien se recibe respecto al modo en que la forma perfecciona la materia, o respecto al modo en que la forma es principio de actuar en el compuesto que está perfeccionado. Si es del primer modo, la forma no se comporta respecto a la materia sino como disposición o hábito, y respecto a este modo se recibe la primera especie de la cualidad. Pero si es del segundo modo, de la forma fluyen las potencias naturales, y así se recibe la segunda especie de la cualidad. Aquellas potencias, por tanto, o se reciben en sí mismas o según que sus propios activos inducen en ellas sus propias pasiones. Y del primer modo es nuevamente la segunda especie de la cualidad; pero del segundo modo se induce la tercera especie de la cualidad.

Si vero ex parte materiæ sumatur quæ per se est corporea, et necesse est quod sit secundum relationem ad formam quæ continet et terminat materiam, tunc inducitur quarta species quæ est forma vel circa aliquid constans figura. Et istæ sunt quatuor species qualitatis, secundum quas aliquid ut frequentius quale dicitur, et a quibus proprie accipitur modus iste prædicamenti qui est proprius qualitatis. Si qui autem alii modi qualitatis inveniuntur, facile reducuntur ad istos.

Sciendum quod Antiqui hanc ultimam qualitatis speciem uno communi nomine vocaverunt compositionem : sed quia duos actus includit, unum ad intus qui est formæ, alterum ad extra qui est figu-

ræ, ideo convenientibus duobus modis nominatur. Quare etiam genus melius dicitur quam species, jam in ante habito capitulo dictum est.

Quod autem quidam has species accipiunt penes ea quæ sunt in nobis in anima, quidam per acquisitionem primam speciem, et secundum ea quæ insunt naturæ secundum speciem, et in corpore quidem per motum tertiam speciem, vel per materiæ terminum quartam speciem: potest dicere qui vult, sed rationem perfectam non videtur habere.

Sed de hoc quæri potest, quare secundum solam tertiam speciem qualitatis quæ passio vel passibilis qualitas, sit alteratio præhabita, sicut dicit Aristoteles[1], et non secundum aliam speciem qualitatis? Et hæc quidem quamvis pertineat ad Philosophum determinare et non ad logicum, tamen dici potest quod in habitu et dispositione alteratio esse non potest : quia dispositio et habitus sunt ad perfectionem secundum propriæ naturæ actum, qui est ratio vel rationis actus : et ideo attingens esse perfectum non est proprie alteratus physice, sed in esse connaturali et proprio perfectus. Fere eadem ratione non potest esse alteratio in specie secunda : potentiæ enim naturales radicantur in forma substantiali, secundum quod ipsa in eo quod perfectum est convertitur in principium agendi, et ideo consequuntur esse perfectum sicut id quod est esse substantiale consequens, cum perfectio ipsius sit perfectio in illis : propter quod etiam attingens esse perfectum naturalis potentiæ perfectus est, et diminutus ab illo secundum esse corruptus vel in via corruptionis. In quarta etiam specie motus esse non potest, quia circa quantitatem est qualitas quæ a quantitate non absolvitur: sed quantitati nihil est contrarium, ita quod nec illi speciei contrarium est aliquid.

Et si objicitur de recto et curvo, et aspero et leni, et raro et denso, patet quod illæ qualitates nec activæ nec passivæ sunt, neque absolvuntur a positione et situ, et ideo in talibus non potest esse motus alterationis : quia alteratio physica non est nisi inter contraria agentia et patientia ad invicem, et hoc est quod intendit Aristoteles, si quis bene dicta sua inspiciat.

Si, en cambio, se toma de parte de la materia que es por sí corpórea, y es necesario que sea según la relación con la forma que contiene y termina la materia, entonces se induce la cuarta especie, que es la forma o la figura constante en torno a algo. Y estas son las cuatro especies de la cualidad, según las cuales algo se dice cualificado con mayor frecuencia, y de las cuales se recibe propiamente este modo del predicamento que es propio de la cualidad. Si se encuentran algunos otros modos de cualidad, se reducen fácilmente a estos.

Debe saberse que los Antiguos llamaron a esta última especie de cualidad con un solo nombre común, composición: pero porque incluye dos actos, uno hacia adentro que es el de la forma, otro hacia afuera que es el de la fi-

-gura, por tanto se nombra con dos modos convenientes. Por qué también se llama mejor género que especie, ya se ha dicho en el capítulo precedente.

En cuanto a que algunos reciban estas especies respecto a aquellas cosas que están en nosotros en el alma, algunos la primera especie por adquisición, y según aquellas cosas que están en la naturaleza según la especie, y en el cuerpo ciertamente la tercera especie por el movimiento, o la cuarta especie por el término de la materia: puede decirlo quien quiera, pero no parece tener una razón perfecta.

Pero sobre esto puede preguntarse, ¿por qué según la sola tercera especie de la cualidad, que es la pasión o la cualidad pasible, se da la alteración ya mencionada, como dice Aristóteles[1], y no según otra especie de cualidad? Y esto ciertamente, aunque pertenezca al Filósofo determinarlo y no al lógico, sin embargo puede decirse que en el hábito y la disposición no puede haber alteración: porque la disposición y el hábito se ordenan a la perfección según el acto de la propia naturaleza, que es la razón o el acto de la razón; y por tanto, lo que alcanza el ser perfecto no está propiamente alterado físicamente, sino perfeccionado en su ser connatural y propio. Casi por la misma razón no puede haber alteración en la segunda especie: pues las potencias naturales se raigan en la forma sustancial, según que ella misma en lo que es perfecto se convierte en principio de actuar, y por tanto siguen al ser perfecto como aquello que es un ser sustancial consecuente, puesto que la perfección de la misma es la perfección en ellas: por lo cual también lo que alcanza el ser perfecto de la potencia natural está perfeccionado, y lo disminuido de él está corrompido según el ser o en vía de corrupción. En la cuarta especie tampoco puede haber movimiento, porque es una cualidad en torno a la cantidad que no se absuelve de la cantidad: pero a la cantidad nada es contrario, de modo que tampoco a aquella especie algo es contrario.

Y si se objeta sobre lo recto y lo curvo, y lo áspero y lo liso, y lo raro y lo denso, es evidente que aquellas cualidades no son ni activas ni pasivas, ni se absuelven de la posición y el sitio, y por tanto en tales cosas no puede haber movimiento de alteración: porque la alteración física no se da sino entre contrarios agentes y pacientes entre sí, y esto es lo que pretende Aristóteles, si alguien inspecciona bien sus dichos.

CAPUT X.

De quali quod dicitur secundum qualitatem.

Quia autem, ut dicit Alexander, Aristoteles ipse istum tractatum intitulavit de quali et qualitate, et nos jam determinavimus de speciebus qualitatis secundum quam quales dicimur, restat nunc determinare de quali quod denominative ab his speciebus dicitur qualitatis. Dicimus ergo quod qualia dicuntur quæ secundum qualitates dictas dicuntur denominative : denominative autem , quia simpliciter subjectum ab eis denominatur, vel quomodoliber aliter ab his dicuntur informata. Difficile enim est eam quæ ab accidente denominationem simpliciter fieri : multis enim modis accidens inest, ita quod non denominat , ut si inest secundum partem, ut Æthiops est albus dentes, vel si inest ut nunc et non simpliciter , ut rubeus ex verecundia nunc, non sequitur quod sit rubeus. Licet aliquando etiam hoc sit ex parte accidentis, quod ab ipso fieri denominationem non potest, quamvis simpliciter insit et non secundum quid, ut in sequentibus patebit. Et ideo quale secundum istas qualitatis species (aut dicatur secundum istam denominationem aut quomodoliber aliter dicatur ab his) dicitur qualitas ut informans subjectum per concretionem significans : quale enim et qualitas idem prædicatur, quamvis in modo differant :

quale enim dicit qualitatem subjectum informantem, qualitas autem dicit qualitatem simpliciter.

Et si quis objiciat quod quale dicit duo, subjectum scilicet, et qualitatem, Dicendum quod non dicit principaliter et formaliter nisi qualitatem, sed quia dicit qualitatem in concretione ad subjectum, ideo dicitur ex consequenti de subjecto facere significationem. Propter quod etiam quale cum qualitate ad idem pertinet prædicamentum.

In pluribus tamen qualitatibus, pene etiam in omnibus qualia dicuntur denominative a qualitatibus, ut a candore candidus, et a grammatica grammaticus, et a justitia justus dicitur denominative, et similiter in aliis multis. In aliquibus vero hoc non convenit secundum vocem, quamvis similiter sit secundum esse.

CAPÍTULO X.

De lo cualificado que se dice según la cualidad.

Puesto que, como dice Alejandro, el mismo Aristóteles tituló este tratado sobre lo cualificado y la cualidad, y nosotros ya hemos determinado sobre las especies de la cualidad según la cual nos llamamos cualificados, resta ahora determinar sobre lo cualificado que se dice denominativamente a partir de estas especies de la cualidad. Decimos, pues, que se llaman cualificados los que según las dichas cualidades se dicen denominativamente: denominativamente, sin embargo, porque el sujeto es simplemente denominado por ellas, o de cualquier otra manera se dicen informados por estas. Pues es difícil que aquella denominación que procede de un accidente se haga simplemente: pues el accidente está presente de muchos modos, de tal manera que no denomina, como si está presente según una parte, como el Etíope es blanco de dientes, o si está presente como por ahora y no simplemente, como el que está rojo por vergüenza ahora, no se sigue que sea rojo. Aunque a veces esto también se deba a la parte del accidente, que no puede hacerse una denominación a partir de él, aunque esté presente simplemente y no según algo, como se verá en lo que sigue. Y por tanto, lo cualificado según estas especies de la cualidad (ya sea que se diga según esta denominación o de cualquier otra manera se diga a partir de estas) se llama cualidad como informando al sujeto significando por concreción: pues lo cualificado y la cualidad se predican de lo mismo, aunque difieran en el modo:

pues lo cualificado dice la cualidad informando al sujeto, pero la cualidad dice la cualidad simplemente.

Y si alguien objetara que lo cualificado dice dos cosas, a saber, el sujeto y la cualidad, debe decirse que no dice principal y formalmente sino la cualidad, pero porque dice la cualidad en concreción con el sujeto, por eso se dice que consecuentemente hace significación del sujeto. Por lo cual también lo cualificado con la cualidad pertenece al mismo predicamento.

En más cualidades, sin embargo, incluso en casi todas, lo cualificado se dice denominativamente a partir de las cualidades, como de la blancura blanco, y de la gramática gramático, y de la justicia justo se dice denominativamente, y de igual modo en muchas otras. En algunas, en cambio, esto no conviene según la voz, aunque sea de modo similar según el ser.

Et hujus causa est quod qualitatibus nomina talia posita non sunt quæ solo casu differentia secundum appellationem possint inflecti et informari in nomina denominativa, sicut dicitur cursor, aut sicut dicitur pugillator, non quidem dictus ab actu vel officio currendi vel pugillandi, sed ab ipsa qualitate quæ est naturalis potentia hoc faciendi : hæc enim qualitas nomine proprio non est designata, ita quod nomen secundum valitudinem naturalem ad hæc exercenda significet illam propriam qualitatem : non enim sunt talibus valitudinibus (quæ qualitas sunt) posita nomina secundum quas quales dicuntur et cursor et pugil sive pugillator : sed nomina illa sunt disciplinarum nomina, sicut cursoriæ et pugillatoriæ artis : et hæc non sunt nomina illius vel illarum qualitatum, qua vel quibus dicuntur illi quales, qui affecti sunt illa qualitate, quæ est naturalis potentia ad illa facienda. A nomine autem artis vel disciplinæ denominari potest, qui artis istius vel disciplinæ est ignarus, sicut frequenter contingit, quod habens naturalem potentiam ad aliquid artis, illius ignarus est, quæ docet operationem eamdem ad quam habet quis naturalem potentiam : pugillatoria enim dicitur disciplina pugillandi, sed quales in hac qualitate dicuntur, non qui sunt de arte sive disciplina illa, sed qui afficiuntur per informationem qualitate quæ dicitur potentia naturalis ad pugnandum, sicut dicitur pugil vel cursor qui forte nihil scivit de arte sive disciplina illa, et ideo a disciplina non accipiunt denominationem ut dicantur cursores vel pugilles.

Alii autem etiam posito nomine qualitatis non adhuc quales illa qualitate dicuntur denominative, ita quod nomen qualis secundum figuram appellationis a nomine qualitatis determinetur. Sicut patet in nomine quod est virtus, a quo nomine si denominatio fiat non dicitur virtuosus, sed secundum alios dicitur studiosus, nomine formato a genere virtutis quod est studium, vel quod verius est nomine formato a virtutis causa, quæ est studium. Et secundum posteriores dicitur virtuosus, quamvis non simplicem dicat denominationem, sed cum denominatione, notat plenitudinem. Virtutem enim habens studiosus dicitur, sed non dicitur denominative simplici denominatione a virtute : sed si a virtute dicatur, dicetur virtuosus, quod nomen plenitudinem significat et non facit simplicem denominationem. Hujus autem causa est, quia in virtutibus et vitiis politicis nos domini et causa sumus operum quibus efficiuntur virtutes : quia virtutes per studium fiunt in nobis : quod studium, ut dicit Tullius, est vehemens applicatio animi ad aliquid discendum vel faciendum : ideo Antiqui nomina imponentes, virtuosos intellectuali virtute vel morali vel heroica dixerunt studiosos nomine communi. Virtuosi autem dicuntur non ita convenienter, quia virtus nominat ultimum in bono, ut dicit Aristoteles, et hoc non est ita generale ut primum.

Y la causa de esto es que para las cualidades no se han puesto tales nombres que, diferenciándose solo en el caso según la apelación, puedan ser flectados e informados en nombres denominativos, como se dice corredor (cursor), o como se dice boxeador (pugillator), no ciertamente dicho por el acto u oficio de correr o boxear, sino por la cualidad misma que es la potencia natural de hacer esto: pues esta cualidad no ha sido designada con nombre propio, de tal modo que el nombre según la salud natural para ejercitar estas cosas signifique aquella cualidad propia: pues no se han puesto nombres para tales saluds (que son cualidad) según las cuales se llaman cualificados tanto el corredor como el púgil o boxeador; sino que aquellos nombres son los nombres de las disciplinas, como del arte corredora y boxeadora; y estos no son los nombres de aquella o aquellas cualidades, por la cual o las cuales se llaman aquellos cualificados, que están afectados por aquella cualidad, que es la potencia natural para hacer aquellas cosas. Pero por el nombre del arte o disciplina puede ser denominado quien es ignorante de esa arte o disciplina, como frecuentemente sucede, que teniendo la potencia natural para algo del arte, es ignorante de ella, que enseña la misma operación para la cual uno tiene la potencia natural: pues la boxeadora se llama la disciplina de boxear, pero se llaman cualificados en esta cualidad no los que son del arte o disciplina aquella, sino los que son afectados por información con la cualidad que se llama potencia natural para luchar, como se llama púgil o corredor quien tal vez nada supo de aquella arte o disciplina, y por tanto de la disciplina no reciben la denominación para que se llamen corredores o púgiles.

Otros, sin embargo, incluso puesto el nombre de la cualidad, no por ello se llaman cualificados por aquella cualidad denominativamente, de tal modo que el nombre de cualificado según la figura de la apelación se determine a partir del nombre de la cualidad. Como es evidente en el nombre que es virtud, de cuyo nombre si se hiciera la denominación no se dice virtuoso (virtuosus), sino que según otros se dice estudioso (studiosus), con nombre formado a partir del género de la virtud que es el estudio, o lo que es más verdadero con nombre formado a partir de la causa de la virtud, que es el estudio. Y según los posteriores se dice virtuoso, aunque no diga una denominación simple, sino que con la denominación nota la plenitud. Pues el que tiene virtud se llama estudioso, pero no se dice denominativamente por una denominación simple a partir de la virtud: sino que si se dice a partir de la virtud, se dirá virtuoso, cuyo nombre significa plenitud y no hace una denominación simple. La causa de esto es que en las virtudes y vicios políticos nosotros somos los dueños y causa de las obras por las que se efectúan las virtudes: porque las virtudes se hacen en nosotros por el estudio; el cual estudio, como dice Tulio, es una vehemente aplicación del ánimo para aprender o hacer algo: por eso los Antiguos, al imponer los nombres, llamaron estudiosos con nombre común a los virtuosos en virtud intelectual o moral o heroica. Pero se llaman virtuosos no tan convenientemente, porque la virtud nombra lo último en el bien, como dice Aristóteles, y esto no es tan general como lo primero.

Consignificata autem plenitudo adjungitur in talibus, propter hoc quod dicit Aristoteles quod nec intellectualis virtus quæ est prudentia, potest esse sine moralibus, nec morales possunt esse sine prudentia : quia moralis contingit finem, prudentia autem eligit ea, et

docet per quæ et qualiter ad finem devenitur : et ideo in quocumque est virtus, quamdam plenitudinem virtutis esse oportet. Propter quod illam denominationem conveniens fuit nomine plenitudinem connotante formari. Et dicitur studiosus et non studialis, et virtuosus et non virtualis. In pluribus autem denominativis non est sic, sed denominativa eorum a nominibus formantur qualitatum quæ insunt ipsis. Concluditur ergo generaliter quod quæcumque dicuntur qualia, aut dicuntur denominative a prædictis quatuor speciebus qualitatis, aut aliquo modo, sicut dictum est, dicuntur aliter ab illis qualitatibus quæ dictæ sunt.

Caput XI

De proprio qualitatis quod est suscipere contrarium.

Postquam autem jam de quali et qualitate secundum diffinitionem et divisionem in species determinatum est, consequenter de quali et qualitate secundum suas consequentes proprietates et passiones est determinandum, et primo de proprio quod nec soli nec omni convenit, quod est esse qualitati contrarietatem. Dicimus igitur quod inest qualitati et quali contrarietas secundum quod est quale, sicut justitia injustitiæ est contraria, et albedo nigredini. Quamvis injustitia privationis habeat nomen, tamen hæc privatio in contrario fundatur habitu cujus nomen proprium non est positum, et sic justitia contraria est injustitiæ. Ita et ipsa quæ secundum qualitates has qualia dicuntur, sunt contraria, sicut injustum contrariatur justo, et album nigro. Patet igitur quod in prima et tertia specie qualitatis est contrarietas. Non est autem hoc proprium in omnibus qualitatibus primæ et tertiæ speciei, secundum quod contrarietas est distantia et oppositio completa eorum quæ sunt in eodem genere : rubeo enim vel pallido aut hujusmodi coloribus mediis nihil est contrarium, cum tamen sint qualitates et in genere qualitatis.

Pero la plenitud consignificada se adjunta en tales cosas, por esto que dice Aristóteles, que ni la virtud intelectual que es la prudencia puede ser sin las morales, ni las morales pueden ser sin la prudencia: porque la moral alcanza el fin, pero la prudencia elige aquellas cosas, y

enseña por qué cosas y de qué manera se llega al fin: y por tanto, en quienquiera que esté la virtud, debe haber una cierta plenitud de la virtud. Por lo cual fue conveniente que aquella denominación se formara con un nombre que connotara plenitud. Y se dice estudioso (studiosus) y no studialis, y virtuoso (virtuosus) y no virtualis. En la mayoría de los denominativos no es así, sino que sus denominativos se forman a partir de los nombres de las cualidades que están en ellos. Se concluye, pues, generalmente que cualesquiera cosas que se llaman cualificadas, o bien se dicen denominativamente a partir de las predichas cuatro especies de la cualidad, o bien de algún modo, como se ha dicho, se dicen de otra manera a partir de aquellas cualidades que se han mencionado.

Capítulo XI

De la propiedad de la cualidad que es recibir el contrario.

Después de que ya se ha determinado sobre lo cualificado y la cualidad según la definición y la división en especies, consecuentemente se debe determinar sobre lo cualificado y la cualidad según sus propiedades y pasiones consecuentes, y primero sobre la propiedad que no conviene ni a solo uno ni a todos, que es que haya contrariedad en la cualidad. Decimos, pues, que en la cualidad y en lo cualificado hay contrariedad según que es cualificado, así como la justicia es contraria a la injusticia, y la blancura a la negrura. Aunque la injusticia tenga nombre de privación, sin embargo esta privación se funda en un hábito contrario cuyo nombre propio no se ha puesto, y así la justicia es contraria a la injusticia. Así también aquellas mismas cosas que según estas cualidades se llaman cualificadas, son contrarias, como lo injusto es contrario a lo justo, y lo blanco a lo negro. Es evidente, por tanto, que en la primera y tercera especie de la cualidad hay contrariedad. Pero esto no es una propiedad en todas las cualidades de la primera y tercera especie, según que la contrariedad es la distancia y oposición completa de aquellas cosas que están en el mismo género: pues para el rojo o lo pálido o colores de este tipo, que son medios, nada es contrario, aunque sin embargo sean cualidades y estén en el género de la cualidad.

Si autem objicitur quod justitia et injustitia non sunt contraria, quia motus alterationis est inter contraria : in prima autem specie, ut jam ante habitum est, non est alteratio. Dicemus ad hoc, quod alteratio physica non est in prima specie qualitatis : alteratio autem large dicta est in prima specie, secundum quod alteratio est, quando subjecto eodem manente mutatio fit in suis passionibus vel qualitatibus. Sic enim quando de justo fit injustus, alteratio facta est : non enim sufficit ad alterationem physicam, quod sit inter contraria, sed cum hoc exigitur quod contraria sint ad invicem activa et passiva secundum actionem et passionem a substantia abjicientem, et subjectum continue a contrario in contrarium transmutantem.

Ad hoc autem quod diximus de coloribus mediis nihil esse contrarium, cum tamen in quinto Physicorum [1] dicatur quod medium comparatum extremo, contrarium est, et cum in Ethicis dicatur quod medium utrique extremorum contrarium est : non debet aliquis instare, quia hic contrarium accipimus quod secundum maximam distantiam contrarium est. Hoc autem est simplex, nihil de contrario habens admixtum : et secundum hunc modum medium nec opponitur medio nec extremo. In physicis autem contraria accipienda sunt secundum potentiam et actum ubi est motus, et ideo ibi contrarium est id quod aliquid participat contrarii, et est potentia ad alterum, secundum hoc enim movetur ad ipsum ut ad contrarium.

Quod autem in Ethicis dicitur quod medium utrique extremorum contrarium est, ideo dictum est, quod quamvis virtus sit medium quantum ad actum et circumstantias, tamen secundum bonum et rationem boni est extremum : et sic ambobus

extremis opponitur ut extremum, quia sic ambo extrema sunt in genere mali.

Amplius generaliter verum est, quod si ex contrariis unum fuerit quale, et reliquum illi contrarium est quale : cum contraria sint in eodem genere. Hoc autem palam est et manifestum proponenti sive inducenti alia contraria ab his quæ dicta sunt in singulis generibus contraria suspicientibus : semper enim contraria in eodem sunt genere : nam si justitia contraria est injustitiæ, et justitia est quale quoddam sive qualitas, sequitur quod etiam injustitia est quale et qualitas est quædam : nulli enim aliorum prædicamentorum sicut generi aptari potest injustitia ut species vel individuum : justitia enim neque est quantitas, neque ad aliquid, nec ubi, nec omnino sive universaliter aliquid de numero prædicamentorum, nisi quale et qualitas, et illud idem secundum genus prædicamenti est etiam justitia. Et sic est in omnibus aliis contrariis quæ sunt secundum quale vel secundum qualitatem.

Pero si se objeta que la justicia y la injusticia no son contrarias, porque el movimiento de alteración se da entre contrarios; y en la primera especie, como ya se ha sostenido antes, no hay alteración. Diremos a esto que la alteración física no se da en la primera especie de la cualidad; pero la alteración latamente dicha se da en la primera especie, según que es alteración cuando, permaneciendo el mismo sujeto, se hace un cambio en sus pasiones o cualidades. Pues así, cuando de justo se hace injusto, se ha hecho una alteración: pues no basta para la alteración física que se dé entre contrarios, sino que con esto se exige que los contrarios sean activos y pasivos entre sí según una acción y pasión que expulse de la sustancia, y que transmuten continuamente al sujeto de contrario en contrario.

En cuanto a lo que dijimos de que para los colores medios nada es contrario, aunque sin embargo en el quinto de los Físicos [1] se diga que el medio, comparado con el extremo, es contrario, y aunque en la Ética se diga que el medio es contrario a ambos extremos: nadie debe insistir, porque aquí recibimos como contrario lo que es contrario según la máxima distancia. Esto, sin embargo, es simple, sin tener nada del contrario mezclado; y según este modo, el medio no se opone ni al medio ni al extremo. En la física, en cambio, los contrarios deben recibirse según la potencia y el acto donde hay movimiento, y por tanto allí el contrario es aquello que participa en algo del contrario, y está en potencia hacia el otro, pues según esto se mueve hacia él como hacia un contrario.

En cuanto a lo que se dice en la Ética de que el medio es contrario a ambos extremos, se dijo por esto: que aunque la virtud sea un medio en cuanto al acto y las circunstancias, sin embargo, según el bien y la razón del bien es un extremo; y así para ambos

se opone a los extremos como un extremo, porque así ambos extremos están en el género del mal.

Además, es generalmente verdadero que si de los contrarios uno es cualificado (quale), también el restante contrario a aquel es cualificado: puesto que los contrarios están en el mismo género. Pero esto es patente y manifiesto para quien propone o induce otros contrarios de entre aquellos que se han dicho en los géneros particulares que reciben contrarios: pues siempre los contrarios están en el mismo género: ya que si la justicia es contraria a la injusticia, y la justicia es un cierto cualificado o cualidad, se sigue que también la injusticia es un cualificado y es una cierta cualidad: pues la injusticia a ninguno de los otros predicamentos puede adaptarse como a un género, sea como especie o individuo: pues la justicia ni es cantidad, ni relativo, ni donde, ni en absoluto o universalmente algo del número de los predicamentos, excepto cualificado y cualidad, y eso mismo según el género del predicamento es también justicia. Y así es en todos los demás contrarios que son según lo cualificado o según la cualidad.

Ex hoc autem forte videbitur alicui, quod prima contraria sint in qualitate : et contra hoc videtur esse, quod prima contraria videntur esse rarum et densum : hæc enim videntur præcedere calidum et frigidum, et inducere ipsa, quia rarum efficitur calidum, et spissum efficitur frigidum : sed ad hoc dicendum, quod in veritate prima contraria vere secundum actionem et passionem sunt contraria in qualitate, et non in positione [1] : quia contrariorum est mutuo se expellere ab eodem susceptibili : expulsio autem hæc fieri non potest, nisi per actionem et passionem, et ideo ea quæ vere sunt contraria, sunt activa et passiva ad invicem : et hæc prima contraria sunt calidum et frigidum, et subjecta eorum passiva sunt humidum et siccum, quorum utrumque respicit utrumque illorum ut subjectum : humidum enim est subjectum calidi et est subjectum frigidi, et siccum est subjectum calidi et est subjectum frigidi in materia elementali : calidum est effectivum rari, et frigidum est effectivum spissi : et sic prima simpliciter contrarietas est in qualitate : prima autem dispositio materiæ est in positione quæ non absolvitur a qualitate quæ est rarum et densum.

Si autem quis dicat quod leve et grave sint prima contraria, eo quod motus localis sursum et deorsum sunt ad formam: leve autem movetur sursum, grave autem deorsum, hoc omnino nihil est et est determinatum in physicis, quod motus sursum non causatur a levitate, nec motus deorsum a gravitate, sed potius a generante vel removente prohibens : et ideo prius aliquo modo habet formam generantis antequam habeat motum quæ est consequens formam generantis [2]. Et ideo leve et grave non sunt prima contraria moventia, sed potius leve causatur in materia per rarum, et grave causatur in materia per densum : et sic adhuc remanet, quod calidum et frigidum quæ sunt in tertia specie qualitatis sunt contraria.

Si quis vero adhuc objiciat, et dicat contra hoc, quod si simpliciter calidum et simpliciter frigidum quorum neutrum de suo contrario habet aliquid admixtum, sunt contraria prima, tunc sequitur quod nata sunt fieri circa subjectum unum et idem : non autem simpliciter calidum, et simpliciter frigidum nata sunt fieri circa idem : nullum enim elementum est quod manens in substantia ejusdem elementi hoc natum sit suscipere : ergo ista non sunt contraria prima, ignis enim habet non admixtam caliditatem, et non potest habere frigiditatem et caliditatem : ad hoc dicendum quod secundum quod caliditas et frigiditas sunt qualitates primæ, sic opponuntur circa materiam primam elementorum, et circa illam nata sunt fieri : secundum autem quod sunt in ge-

A partir de esto, quizá le parezca a alguien que los primeros contrarios están en la cualidad: y contra esto parece estar que los primeros contrarios parecen ser lo raro y lo denso: pues estos parecen preceder a lo cálido y lo frío, e inducirlos, porque lo raro se hace cálido, y lo espeso se hace frío: pero a esto hay que decir que, en verdad, los primeros contrarios son verdaderamente contrarios en la cualidad según la acción y la pasión, y no en la posición [1]: porque es propio de los contrarios expulsarse mutuamente del mismo susceptible: pero esta expulsión no puede hacerse sino por medio de la acción y la pasión, y por tanto aquellas cosas que son verdaderamente contrarias, son activas y pasivas entre sí: y estos primeros contrarios son lo cálido y lo frío, y sus sujetos pasivos son lo húmedo y lo seco, cada uno de los cuales mira a ambos de aquellos como sujeto: pues lo húmedo es sujeto de lo cálido y es sujeto de lo frío, y lo seco es sujeto de lo cálido y es sujeto de lo frío en la materia elemental: lo cálido es efectivo de lo raro, y lo frío es efectivo de lo espeso: y así la primera contrariedad simplemente está en la cualidad: pero la primera disposición de la materia está en la posición, que no se resuelve de la cualidad que es lo raro y lo denso.

Pero si alguien dijera que lo leve y lo grave son los primeros contrarios, por el hecho de que los movimientos locales hacia arriba y hacia abajo se dirigen a la forma: pues lo leve se mueve hacia arriba, y lo grave hacia abajo, esto no es nada en absoluto, y está determinado en la física que el movimiento hacia arriba no es causado por la levedad, ni el movimiento hacia abajo por la gravedad, sino más bien por el generante o por quien remueve el impedimento: y por tanto, primero tiene de algún modo la forma del generante antes de que tenga el movimiento que es consecuente a la forma del generante [2]. Y por tanto, lo leve y lo grave no son los primeros contrarios motores, sino más bien lo leve es causado en la materia por lo raro, y lo grave es causado en la materia por lo denso: y así todavía permanece que lo cálido y lo frío, que están en la tercera especie de la cualidad, son contrarios.

Pero si alguien todavía objetara, y dijera contra esto, que si lo simplemente cálido y lo simplemente frío, ninguno de los cuales tiene algo de su contrario mezclado, son los primeros contrarios, entonces se sigue que están hechos para darse en torno a un solo y mismo sujeto: pero lo simplemente cálido y lo simplemente frío no están hechos para darse en torno a lo mismo: pues no hay ningún elemento que, permaneciendo en la sustancia del mismo elemento, esté hecho para recibir esto: por tanto, esos no son los primeros contrarios, pues el fuego tiene una calidez no mezclada, y no puede tener frialdad y calidez: a esto hay que decir que, según que la calidez y la frialdad son cualidades primeras, así se oponen en torno a la materia primera de los elementos, y en torno a ella están hechas para darse: pero según que están en lo ge-

neratis primis quæ sunt elementa, sic sunt potentiæ naturales consequentes esse elementorum, et ideo elementis manentibus non deserunt substantias elementorum : et hoc modo circa idem nata sunt fieri, et mutuo se invicem expellentia ab eodem.

Ex hoc autem quod in qualitate est contrarietas prima, intelligitur quod contrarietas in omnibus aliis generibus in quibus est, non est nisi in ratione qualitatis : primum vero est causa omnium aliorum in quolibet genere in quo est primum. Unde etiam in quantitate ratione motus augmenti et decrementi non est contrarietas nisi secundum qualitatem, sicut in tractatu de *Quantitate* dictum est. Et si contraria sunt in ubi vel in situ, oportet quod sint in eis secundum quod non absolvuntur a qualitate. De his autem disputatio pertinet ad physicum vel metaphysicum, et non ad logicum : logicus enim non considerat contraria, nisi secundum quod sunt in eodem genere maxime distantia, et non considerat ea secundum quod prima et non prima.

Caput XII.

De secundo proprio quod est suscipere magis et minus.

Suscipit autem qualitas magis et minus, et hæc est secunda proprietas ex ea quæ præcessit causata. Quod autem quale magis et minus suscipiat patet inductione : album enim magis et minus alterum altero dicitur secundum albedinis intensionem et remissionem, et similiter justum magis et minus alterum altero dicitur secundum intensionem justitiæ et remissionem. Hoc autem non tantum est in ipsis quæ qualia sunt sicut alba et justa, sed etiam ipsa quæ sunt qualitates (a quibus talia dicuntur qualia) suscipiunt in seipsis, sicut quæ dicuntur crementa et diminutiones in seipsis. Et dicit Boetius quod hæc fuit sententia Platonis. Hoc autem declaratur exemplo, cum, sicut dicunt, candidum quod est candor, sit candidum, contingit, ut dicunt, illum candorem magis intendi per majorem (ut dicit Nicolaus Peripateticus) luminis contrarii admixtionem.

Quamvis autem hoc sit quoddam qualitatis proprium, non tamen convenit omni qualitati, sed plura sunt quæ suscipiunt magis et minus, et non omnia quæ sunt qualitates : justitia enim cum sit qualitas si dicatur (secundum quod in abstracto significatur) suscipere magis et minus, potest quilibet ambigere utrum verum sit an falsum quod dicitur. Similiter autem est etiam in aliis qualitatibus quæ afficiunt per inhærentiam subjecta in quibus sunt, quando per modum abstractionis significantur, ut justitia, albedo, sanitas et hujusmodi.

generados primeros que son los elementos, son así potencias naturales consecuentes al ser de los elementos, y por tanto, permaneciendo los elementos, no abandonan las sustancias de los elementos: y de este modo están hechos para darse en torno a lo mismo, expulsándose mutuamente uno al otro de lo mismo.

Y por esto de que en la cualidad está la contrariedad primera, se entiende que la contrariedad en todos los demás géneros en los que está, no es sino en razón de la cualidad: pues lo primero es causa de todos los demás en cualquier género en el que sea lo primero. De donde también en la cantidad, por razón del movimiento de aumento y disminución, no hay contrariedad sino según la cualidad, como se ha dicho en el tratado sobre la *Cantidad*. Y si hay contrarios en el dónde o en el sitio, es necesario que estén en ellos según que no se resuelven de la cualidad. Pero la disputa sobre estas cosas pertenece al físico o al metafísico, y no al lógico: pues el lógico no considera los contrarios sino según que son la máxima distancia en el mismo género, y no los considera según que son primeros y no primeros.

Capítulo XII.

De la segunda propiedad que es recibir el más y el menos.

La cualidad, sin embargo, recibe el más y el menos, y esta es la segunda propiedad causada por aquella que precedió. Que lo cualificado reciba el más y el menos es evidente por inducción: pues una cosa se dice más y menos blanca que otra según la intensión y remisión de la blancura, y de igual modo una cosa se dice más y menos justa que otra según la intensión y remisión de la justicia. Y esto no sólo se da en aquellas mismas cosas que son cualificadas, como las blancas y las justas, sino que también aquellas mismas cosas que son cualidades (a partir de las cuales tales cosas se llaman cualificadas) lo reciben en sí mismas, como se llaman incrementos y disminuciones en sí mismas. Y dice Boecio que esta fue la sentencia de Platón. Pero esto se declara con un ejemplo, cuando, como dicen, lo cándido (candidum), que es la blancura (candor), sea cándido, sucede, como dicen, que aquella blancura se intensifica más por una mayor (como dice Nicolás el Peripatético) mezcla de la luz contraria.

Y aunque esto sea una cierta propiedad de la cualidad, sin embargo no conviene a toda cualidad, sino que son muchas las cosas que reciben el más y el menos, y no todas las cosas que son cualidades: pues la justicia, siendo una cualidad, si se dice (según se significa en abstracto) que recibe el más y el menos, cualquiera puede dudar si es verdadero o falso lo que se dice. Y del mismo modo sucede también en otras cualidades que afectan por inherencia a los sujetos en los que están, cuando se significan por modo de abstracción, como la justicia, la blancura, la salud y cosas semejantes.

Quidarn namque dubitant de talibus, utrum magis et minus suscipiant : quidarn enim justitiam a justitia et albedinem ab albedine aiunt non multum dici secundum magis et minus, ita quod una justitia sit magis justitia quam alia, vel una albedo magis albedo quam alia : neque dicunt unam sanitatem ab alia sanitate dici secundum magis et minus. Et causa etiam dicti est, quod nomen uniuscujusque abstractorum imponitur in termino, et non potest intendi et remitti : isti autem dicunt, quod intensio et remissio secundum magis et minus accidit qualitatibus secundum quod sunt in subjecto recipiente ipsas qualitates : dicunt enim alterum altero magis et minus sanitatem et justitiam habere, secundum quod unum dicimus altero saniorem et justiorem. Sic etiam dicunt et grammaticam et alias qualitates (quæ subjecta in quibus sunt afficiunt, et ideo affectus generaliter dicuntur) secundum magis et minus inesse. Licet tamen Antiqui diversa circa ista sentiant, tamen hoc indubitanter verum est, quod subjecta (quæ secundum illos affectus qualitatum dicuntur qualia) illa procul dubio secundum quasdam qualitates recipiunt magis et minus, et in prima et in tertia specie qualitatis : hoc enim modo unus alio dici-

tur grammaticior, qui magis habet grammaticam : et sic unus dicitur justior et sanior, et sic est in multis aliis primæ et tertiæ speciei qualitatibus. Sed non est hoc in quarta specie qualitatis : triangulus enim et quadrangulus secundum quod denominative dicta sunt a triangulatione et quadrangulatione, sic dicuntur qualia et non qualitates : et sic dicta non videntur magis et minus suscipere triangulus et quadrangulus, neque aliquod denominatum ab aliis figuris, ut circulus, vel pentagonum, vel exagonum: hæc enim non dicuntur secundum prædicationem, nisi de illis quæ diffinitionem eorum recipiunt: hæc autem omnia sunt in termino : unde omnia de quibus prædicatur circulus nomine et ratione qualitatis, æqualiter et non secundum magis et minus sunt et dicuntur circulus. Ea autem quæ sunt de numero eorum quæ circuli nomen et rationem non recipiunt, illa in quantum non sunt circulus, et non secundum magis et minus, sed æqualiter circulus negatur in ipsis. Hoc autem patet per exempla : quadratum enim et quadrangulum circuli nomen et rationem non recipiunt, sed ab utrisque negatur circulus, et ideo quadratum non magis et minus est circulus quam quadrangulus. Est enim quadratum figura quatuor lineis æqualibus et quatuor rectis angulis conclusa. Et quadrangulus est figura quatuor rectis lineis, quarum duæ oppositæ sunt æquales sibi invicem, aliis non oppositis inæquales, et quatuor rectis angulis contenta. Et neutra istarum suscipit circuli nomen.

Pues algunos dudan de tales cosas, si reciben el más y el menos: ya que algunos dicen que no se dice mucho la justicia más y menos respecto de la justicia, ni la blancura respecto de la blancura, de modo que una justicia sea más justicia que otra, o una blancura más blancura que otra; ni dicen que una salud se diga según el más y el menos respecto de otra salud. Y la causa de lo dicho es que el nombre de cada uno de los abstractos se impone en un término, y no puede intensificarse ni remitirse: pero estos dicen que la intensión y remisión según el más y el menos sucede a las cualidades según que están en el sujeto que recibe las mismas cualidades: pues dicen que uno tiene más y menos salud y justicia que otro, según que decimos que uno es más sano y más justo que el otro. Así también dicen que la gramática y otras cualidades (que afectan a los sujetos en los que están, y por ello se llaman afecciones en general) se dan según el más y el menos. Aunque, no obstante, los antiguos opinen de forma diversa sobre esto, sin embargo esto es indudablemente cierto: que los sujetos (que según aquellas afecciones de las cualidades se llaman cualificados), sin duda alguna, reciben el más y el menos según ciertas cualidades, tanto en la primera como en la tercera especie de la cualidad: pues de este modo se di-

ce más gramático quien más tiene de gramática: y así uno se dice más justo y más sano, y así es en muchas otras cualidades de la primera y tercera especie. Pero esto no se da en la cuarta especie de la cualidad: pues el triángulo y el cuadrángulo, según que se dicen denominativamente a partir de la triangulación y la cuadrangulación, así se llaman cualificados y no cualidades: y así dichos, el triángulo y el cuadrángulo no parecen recibir el más y el menos, ni nada denominado a partir de otras figuras, como el círculo, o el pentágono, o el hexágono: pues estas cosas no se dicen según la predicación sino de aquellas que reciben su definición: pero todas estas cosas están en un término: de donde todas las cosas de las que se predica el círculo por el nombre y la razón de la cualidad, son y se dicen círculo por igual y no según el más y el menos. En cambio, aquellas cosas que son del número de las que no reciben el nombre y la razón del círculo, en cuanto que no son círculo, el círculo se niega en ellas por igual y no según el más y el menos. Esto es evidente por los ejemplos: pues el cuadrado y el cuadrángulo no reciben el nombre y la razón del círculo, sino que por ambos se niega el círculo, y por tanto el cuadrado no es más ni menos círculo que el cuadrángulo. Pues el cuadrado es una figura cerrada por cuatro líneas iguales y cuatro ángulos rectos. Y el cuadrángulo es una figura contenida por cuatro líneas rectas, de las cuales dos opuestas son iguales entre sí, las otras no opuestas desiguales, y cuatro ángulos rectos. Y ninguna de estas recibe el nombre de círculo.

Quia circulus est figura plana, una linea contenta, in cujus medio punctum est qui vocatur centrum, a quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Et hæc ratio neque quadrato convenit, neque quadrangulo, quod altera parte longius est. Et ideo æqualiter et non secundum magis et minus quadratum et quadrangulum non sunt circulus, nulla enim talium figurarum recipit diffinitivam rationem circuli.

Dicendum quod hæ argumentationes non valent, quia oppositio, sicut ante dictum est, est intentio quæ ponit ratio super res : et ideo relatio quæ ponitur ibi a ratione, intentio est, et talis relatio est relatio entis, quod (ut oppositum est et non ut res) est in ratione : et tale ens sufficit relationi quæ est posita super intentiones. Ad aliud autem dicendum quod quamvis relatio sit unum genus, non tamen propter hoc sequitur quod relativa sint in genere uno omni modo : oppositio autem est distantia relatorum ad invicem, et hoc modo est in diversis prædicamentis. Sic ergo patet quid sit oppositio : est enim, ut dicit Boetius, hoc habens quod opposita non possunt esse simul in uno et eodem : unde oppositio est repugnantia vel essentialis distantia aliquorum se non permittentium esse in eodem simul.

Nunc ergo quærendum est secundum oppositionis divisionem, quoties sive quot modis solet unum opponi alteri. Dicitur autem alterum alteri sive unum alteri opponi quadrupliciter, hoc est, uno quatuor modorum : aut enim opponitur ut ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus et privatio, aut ut affirmatio et negatio. Oppositio enim (quæ est forma rationis secundum intentiones quæ in ratione sunt, quæ respicit tam ens quam non ens) aut est inter ea quæ actu sunt, aut inter ea quorum unum est et alterum non est. Si enim est inter ea quæ actu sunt, et suis formis repugnantiam habent oppositionis,

tunc aut se sunt expellentia ab eodem susceptibili secundum potentiam et actum, aut expellentia se secundum actum, non secundum potentiam. Si primo modo : tunc est oppositio secundum ad aliquid, sicut patet in patre et filio. Idem enim respectu ejusdem pater nec est nec potest esse et filius. Si autem se expellant ab eodem secundum actum, et non secundum potentiam : tunc est oppositio contrarietatis. Et istæ duæ, quia sunt super ens, aliis duabus oppositionibus præordinandæ sunt :

De estas cosas también queda claro que la oposición, en cuanto oposición, es según el género un relativo (ad aliquid): aunque las especies de la oposición no sean relativos sino mediante el género, esto es, por reduplicación al género, de modo que se diga que la contrariedad, en cuanto es oposición, es un relativo, según lo que se dijo anteriormente, que la gramática, en cuanto es una disciplina, es un relativo, y no en cuanto es gramática o esta ciencia.

Y si alguien objetara que la relación es forma de aquellas cosas de las cuales cada una es un ente en acto; mientras que la oposición puede ser de aquellas cosas de las cuales una es un no-ente; y que por ello la oposición no es una relación. Además, porque la relación es según un solo género solamente, mientras que la oposición se encuentra en varios géneros, y que por ello la oposición no es una relación.

Hay que decir que estas argumentaciones no son válidas, porque la oposición, como se dijo antes, es una intención que la razón pone sobre las cosas: y por ello la relación que se pone allí por la razón es una intención, y tal relación es una relación del ente que (en cuanto opuesto y no como cosa) está en la razón: y tal ente basta para la relación que se pone sobre las intenciones. A lo otro hay que decir que aunque la relación sea un solo género, no por ello se sigue que los relativos estén en un solo género de todos modos: pues la oposición es la distancia de los relacionados entre sí, y de este modo se encuentra en diversos predicamentos. Así pues, queda claro qué es la oposición: pues tiene esta propiedad, como dice Boecio, de que los opuestos no pueden estar simultáneamente en uno y el mismo: de donde la oposición es una repugnancia o distancia esencial de algunas cosas que no permiten estar en lo mismo al mismo tiempo.

Ahora, pues, hay que preguntar, según la división de la oposición, cuántas veces o de cuántos modos suele oponerse una cosa a otra. Se dice, pues, que una cosa se opone a otra de cuatro maneras, esto es, según uno de cuatro modos: pues se opone o como relativo (ad aliquid), o como contrarios, o como hábito y privación, o como afirmación y negación. Pues la oposición (que es forma de la razón según las intenciones que están en la razón, la cual mira tanto al ente como al no-ente) o bien es entre aquellas cosas que son en acto, o entre aquellas de las cuales una es y la otra no es. Si ciertamente es entre aquellas cosas que son en acto, y tienen en sus formas la repugnancia de la oposición,

entonces o bien se expulsan mutuamente de un mismo sujeto según la potencia y el acto, o bien se expulsan según el acto, pero no según la potencia. Si es del primer modo: entonces es oposición según lo relativo (ad aliquid), como es evidente en el padre y el hijo. Pues una misma persona, respecto a lo mismo, ni es ni puede ser padre e hijo. Si, en cambio, se expulsan mutuamente de lo mismo según el acto, y no según la potencia: entonces es la oposición de contrariedad. Y estas dos, porque son sobre el ente, han de preordenarse a las otras dos oposiciones:

et quia oppositio relationis expellit oppositum secundum actum et potentiam, contrarietas autem secundum actum tantum, ideo oppositio relationis ponitur ante oppositionem contrarietatis. Si autem est inter ens simpliciter, et non ens : tunc aut est inter ens simpliciter et non ens secundum quid, aut inter ens simpliciter et non ens simpliciter. Et primo quidem modo est oppositio inter habitum et privationem, quæ licet privet habitum, relinquit tamen subjectum. Et si est secundo modo : tunc est oppositio inter affirmationem et negationem, in quibus affirmatio dicit ens, negatio autem simpliciter non ens, et habent ordinem secundum quod plus vel minus habent de ente, et hoc modo privatio et habitus sunt ante affirmationem et negationem.

Vel si placet, dici potest quod oppositio aut est inter complexa, aut inter incomplexa. Si inter complexa : tunc est oppositio conditionis. Et quia in hac parte complexa secundum logicos non intenduntur nisi secundum potentiam : tractatur enim de ordinabilibus ad complexionem, propter hoc oppositio contradictionis ponitur ultimo, ut minus intenta. Si autem est inter incomplexa : aut est inter ea quæ secundum formam opponuntur ratione repugnantiæ formarum, vel ratione perfecti secundum formam et imperfecti. Si secundo modo : tunc est oppositio privationis et habitus. Si primo modo, aut est oppositio secundum formas quæ sunt formam et totum consequentes, aut secundum formas materiam respicientes, in qua fiunt secundum potentiam materiæ ad utrumque per motum et mutationem. Et primo quidem modo est oppositio ad aliquid : secundo autem modo est oppositio quæ est contrarietas. Potest etiam pluribus aliis modis sumi divisio oppositionis : et hoc quia valde facile est cuilibet consideranti naturas oppositorum, ideo pertransimus.

Ut autem sigillatim illa per exempla declarentur, unumquodque istorum oppositorum opponitur, ut relative id quod est dimidium et duplum : ut contraria autem, ut malum et bonum. Quamvis enim malum, ut Aristoteles dicit in tertio Metaphys., sit privatio boni, tamen secundum quod bonum est in habitibus et actibus sunt contraria : quia malus habitus ex malis relinquitur actibus et est qualitas quædam in anima, sicut malus actus est operatio quædam ab anima elicita, et sic contrarie opponitur malum ad bonum, prout est bonum in oppositis habitibus et actibus ad malum.

y porque la oposición de relación expulsa lo opuesto según el acto y la potencia, mientras que la contrariedad expulsa solo según el acto, por ello la oposición de relación se pone antes que la oposición de contrariedad. Si, por el contrario, es entre el ente simplemente y el no-ente: entonces o bien es entre el ente simplemente y el no-ente de algún modo, o entre el ente simplemente y el no-ente simplemente. Y del primer modo ciertamente es la oposición entre el hábito y la privación, la cual, aunque priva del hábito, deja sin embargo el sujeto. Y si es del segundo modo: entonces es la oposición entre la afirmación y la negación, en las cuales la afirmación dice el ente, mientras que la negación dice simplemente el no-ente, y tienen un orden según tengan más o menos del ente, y de este modo la privación y el hábito están antes que la afirmación y la negación.

O si se prefiere, puede decirse que la oposición o bien es entre complejos o entre incomplejos. Si es entre complejos: entonces es la oposición de condición. Y porque en esta parte los complejos, según los lógicos, no se pretenden sino según la potencia —pues se trata de lo ordenable a la complexión—, por esta razón la oposición de contradicción se pone al final, como menos pretendida. Si, en cambio, es entre incomplejos: o bien es entre aquellos que se oponen según la forma por razón de la repugnancia de las formas, o por razón de lo perfecto según la forma y lo imperfecto. Si es del segundo modo: entonces es la oposición de privación y hábito. Si es del primer modo, o bien es oposición según las formas que siguen a la forma y al todo, o según las formas que miran a la materia, en la cual se producen según la potencia de la materia hacia ambos mediante el movimiento y el cambio. Y del primer modo ciertamente es la oposición a lo relativo; del segundo modo, en cambio, es la oposición que es contrariedad. La división de la oposición también puede tomarse de otros varios modos: y porque esto es muy fácil para cualquiera que considere las naturalezas de los opuestos, por ello pasamos de largo.

Pero para que se declaren individualmente mediante ejemplos, cada uno de estos opuestos se opone, como relativo aquello que es mitad y doble; como contrarios, en cambio, como mal y bien. Pues aunque el mal, como dice Aristóteles en el tercer libro de la Metafísica, sea la privación del bien, sin embargo, según lo que el bien es en los hábitos y actos son contrarios: porque un mal hábito queda de los malos actos y es una cierta cualidad en el alma, al igual que un mal acto es una cierta operación elicitada del alma, y así el mal se opone contrariamente al bien, en cuanto que el bien está en hábitos y actos opuestos al mal.

Et hoc est accipere id quod est malum, et id quod est bonum : si enim accipiatur utrumque istorum formaliter, scilicet unde malum, et unde bonum, tunc forma tam in anima quam in habitu et in actu, malum ad bonum privative opponitur et in corpore et in natura tota, sicut probant similiter et Aristoteles et Dionysius : quia etiam in corpore malum privatio est, et in tota natura non est nisi privatio : sed hoc non est præsentis intentionis, sufficit enim quod bonum et malum secundum id quod sunt contraria sunt. Secundum privationem autem et habitum opponuntur, ut cæcitas opponuntur visui , cæcitas enim est privatio visus in eo quod natum est habere visum. Ut affirmatio autem et negatio opponuntur, ut sedet, non sedet : quæcumque affirmatio affirmat, negatio negat, et econtra quæcumque negat negatio, affirmat affirmatio. Hi igitur figuraliter superficialiter dicti sunt modi oppositionum.

Si autem quæratur quæ sit divisio oppositionis in quatuor opposita, Dicendum quod communiter dicitur quod sit divisio sicut generis in species. Sed secundum veritatem per prius et posterius dividitur in suos modos, quia oppositio de esse et non esse sive secundum affirmationem et negationem, est plus habens de oppositione omnibus aliis. Et oppositio secundum habitum et privationem, quæ est oppositio secundum esse et non esse secundum quid, post hoc plus habet de oppositione. Oppositio autem secundum esse et non esse minus habet, et in tali oppositione plus habent ea quæ sunt actu contraria potentia esse in eodem, quam illa quæ sunt relativa quæ nec actu nec potentia possunt esse in eodem : quia quamvis actu et potentia simul esse non possint, tamen formalem contrarietatem non tantam habent quantam contraria quæ se mutuo expellunt : quia relativa se mutuo non expellunt, eo quod se in eodem non contingunt, et ideo formas non habent invicem activas et passivas. Ex his iterum patet quædam sufficientia oppositionum et ordo ipsarum, secundum quod plus vel minus habent de oppositione : quæ enim minus habent prius, et quæ plus habent posterius ordinantur.

CAPUT III.

De relative oppositis.

Dicamus ergo primo de relative oppositis, quod quæcumque ut relative opponuntur, ea ipsa quæ sunt, oppositorum sunt, et dicuntur secundum eumdem, casum vel quolibet aliter ad aliud secundum eumdem casum vel diversum : ut duplum et dimidium hoc ipsum quod est utrumque ipsorum, alterius dicitur duplum, dicitur enim dimidii duplum : et hæc sunt vere ad aliquid secundum hoc ipsum quod sunt :

Y esto es tomar aquello que es mal, y aquello que es bien: pues si se toman ambos formalmente, a saber, de dónde el mal y de dónde el bien, entonces la forma tanto en el alma como en el hábito y en el acto, el mal se opone privativamente al bien tanto en el cuerpo como en toda la naturaleza, según prueban similarmente tanto Aristóteles como Dionisio: porque incluso en el cuerpo el mal es privación, y en toda la naturaleza no hay sino privación: pero esto no es de la presente intención, pues basta que el bien y el mal sean contrarios según aquello que son. Según la privación, en cambio, y el hábito se oponen, como la ceguera se opone a la vista, pues la ceguera es la privación de la vista en aquello que ha nacido para tener vista. Como afirmación, en cambio, y negación se oponen, como él se sienta, él no se sienta: cualquier afirmación afirma, la negación niega, y por el contrario cualquier cosa que la negación niega, la afirmación la afirma. Estos, por tanto, son los modos de las oposiciones dichos figuradamente y superficialmente.

Si, por otra parte, se preguntara cuál es la división de la oposición en cuatro opuestos, ha de decirse que comúnmente se dice que es una división como de un género en especies. Pero según la verdad se divide en sus modos por anterior y posterior, porque la oposición del ser y el no ser, o según la afirmación y la negación, tiene más de oposición que todas las demás. Y la oposición según el hábito y la privación, que es oposición según el ser y el no ser de algún modo, después de esta tiene más de oposición. La oposición, sin embargo, según el ser y el no ser tiene menos, y en tal oposición tienen más poder las cosas que son en acto contrarias para estar en lo mismo que aquellas que son relativas, las cuales ni en acto ni en potencia pueden estar en lo mismo: porque aunque no puedan estar simultáneamente en acto y potencia, sin embargo no tienen tanta contrariedad formal como los contrarios que se expulsan mutuamente: porque los relativos no se expulsan mutuamente, por la razón de que no se tocan entre sí en lo mismo, y por ello no tienen formas mutuamente activas y pasivas. De estas cosas de nuevo aparece una cierta suficiencia de las oposiciones y su orden, según tengan más o menos de oposición: pues las que tienen menos se ordenan antes, y las que tienen más después.

CAPÍTULO III.

Sobre los opuestos relativos.

Hablemos, pues, primero de los opuestos relativos, que cualesquiera cosas que se oponen como relativas, ellas mismas son de opuestos, y se dicen según el mismo caso o de cualquier otro modo hacia otro según el mismo caso o uno diferente: como doble y mitad, esto mismo que cada uno de ellos es, se dice que es el doble del otro, pues se dice el doble de la mitad: y estos son verdaderamente relativos (ad aliquid) según esto mismo que son:

sed etiam secundum dici disciplina quodammodo secundum alium casum dicitur disciplinati disciplina, et disciplinatus disciplina disciplinatus, et disciplina disciplinato est opposita secundum relationem, quia disciplina dicitur hoc ipsum quod est disciplinati, et

disciplinatum hoc ipsum quod est secundum quod disciplinatum est stans sub forma disciplinæ, ad suum oppositum sive correlativum est, quamvis non secundum eumdem casum, quia non dicitur disciplinatum disciplinæ disciplinatum, sed disciplina disciplinatorum : disciplinatum enim dicimus aliquem, non disciplinæ disciplinatum, sed disciplina disciplinatum per ablativum casum convertentiam facientes.

Concludamus igitur generaliter quod quæcumque relative opposita sunt, hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur secundum genitivum, aut quomodocumque aliter dicantur ad invicem secundum aliquem alium casum. Hæc autem differunt ab omnibus aliis modis oppositionis et præcipue a contrariis : contraria enim non aliorum dicuntur, sed dicuntur contraria esse sibi vel ad se invicem : non enim dicitur bonum mali bonum, sed dicitur bonum malo contrarium, neque album dicitur nigri album, sed dicitur album nigro contrarium : ex quo patet quod hæ duæ ad invicem differunt oppositiones.

Si autem quis objiciat, dicens quod opposita se mutuo perimunt et expellunt, relativa posita se ponunt et interempta se interimunt, et sic relativa non sunt opposita. Solvendum, sicut in ante habitis dictum est, quod relativa in hoc habent virtutem et naturam oppositorum, quod se expellunt actu et potestate ab eodem susceptibili sive subjecto, et quod posita se ponant, non habent ab eo quod sunt opposita, sed habent ab eo quod a se invicem dependent secundum intellectum : quia sic utrumque est finis et terminus alterius, et sic unum non potest poni sine reliquo : quia quod ponitur esse finitum per intellectum alterius, non ponitur esse finitum ante intellectum illius, nec habet esse sine illo : hac etiam necessitate fit quod destructa se perimunt : destructo enim uno, alterum non est in esse finitum ; nihil autem est actu nisi quod finitum est in esse : igitur quod non est finitum in esse, non est : quod finitum est intellectu, finitum est et in esse, quia per idem intelliguntur res per quod sunt in esse, sicut dicitur primo Physicorum [1].

pero también según el decir la 'disciplina' de algún modo según otro caso se dice la disciplina del disciplinado, y el disciplinado es disciplinado por la disciplina, y la disciplina se opone al disciplinado según la relación, porque la disciplina se dice esto mismo que es del disciplinado, y

-lo disciplinado, esto mismo que es según que es disciplinado, estando bajo la forma de la disciplina, es hacia su opuesto o correlativo, aunque no según el mismo caso, porque no se dice 'lo disciplinado de la disciplina', sino 'la disciplina de los disciplinados': pues llamamos a alguien 'disciplinado', no 'disciplinado de la disciplina', sino 'disciplinado por la disciplina' (disciplina disciplinatum), haciendo la conversión a través del caso ablativo.

Concluyamos, pues, generalmente que cualesquiera cosas que son opuestos relativos, esto mismo que son, se dicen de otros según el genitivo, o de cualquier otro modo que se digan entre sí según algún otro caso. Estas, sin embargo, difieren de todos los demás modos de oposición y especialmente de los contrarios: pues los contrarios no se dicen de otros, sino que se dicen ser contrarios entre sí o el uno hacia el otro: pues no se dice lo 'bueno del mal', sino que lo 'bueno' se dice 'contrario al mal', ni lo 'blanco' se dice 'blanco del negro', sino que lo 'blanco' se dice 'contrario al negro': por lo cual queda claro que estas dos oposiciones difieren entre sí.

Pero si alguien objetara, diciendo que los opuestos se destruyen y expulsan mutuamente, mientras que los relativos, al ser puestos, se ponen mutuamente, y al ser destruidos se destruyen mutuamente, y que por tanto los relativos no son opuestos. Hay que resolver, como se dijo en lo anterior, que los relativos tienen la virtud y naturaleza de los opuestos en esto, en que se expulsan mutuamente en acto y en potencia de un mismo sujeto capaz o sujeto; y el que puestos se pongan mutuamente, no lo tienen de ser opuestos, sino que lo tienen de que dependen mutuamente según el intelecto: porque así cada uno es el fin y el término del otro, y así uno no puede ser puesto sin el otro: porque lo que se pone como finito por el intelecto del otro, no se pone como finito antes del intelecto de aquel, ni tiene ser sin él: por esta necesidad también ocurre que destruidos se destruyan mutuamente: pues destruido uno, el otro no es finito en el ser; y nada es en acto sino lo que es finito en el ser: por tanto, lo que no es finito en el ser, no es: lo que es finito en el intelecto, es finito también en el ser, porque las cosas se entienden por lo mismo por lo que son en el ser, como se dice en el primer libro de la Física.

Objicitur tamen contra ea quæ dicta sunt, quod contraria ut contraria ad invicem referuntur, quia contrarietas est forma relationis : et ideo quæcumque sunt contraria in quantum sunt contraria, sunt etiam relativa. Sed ad hoc dicendum sicut prius, quia contraria ut opposita ad invicem referuntur, et sunt relativa secundum genus et non secundum speciem, aut secundum individuum. Et quando dicitur quod contraria ut contraria sunt ad aliquid, locutio est duplex : ex eo quod illud quod dicitur (secundum quod) potest facere reduplicationem contrarietatis ut est oppositio, aut ut hæc oppositio in se designata. Et primo quidem modo vera est hæc, contraria ut contraria sunt relativa, sed tunc non sequitur conclusio, quod oppositio relationis sit oppositio contrarietatis. Si autem facit reduplicationem hujus contrarietatis, tunc est falsa hæc, contraria secundum quod contraria sunt relative opposita, et solvitur per interemptionem propositionis, et ideo patet quod non probat. Quamvis enim ex falso sequatur aliquando conclusio, tamen nihil probatur. Hoc igitur est primum genus oppositionis inter quatuor quæ dicta sunt. Et cum omnia opposita nata sint fieri circa idem, hæc quæ dicuntur relative opposita, semper sunt in diversis, et non sunt nata fieri circa idem, nisi in hoc quod ad invicem referuntur et sunt ad invicem hoc ipsum quod sunt. Quod autem mutuo se expellant actu et potentia essendi in eodem, jam in ante habitis expositum est, et qualiter conveniat relativis.

De contrarie vero oppositis tractantes, nos non oportet diffinire contrarietatis oppositionem, quia jam in tractatu de Quantitate ab opinione Antiquorum constat, quod contraria sunt quæ posita sub eodem proximo genere, vere maxime distant a se invicem. Quia etiam quamvis medium comparatum extremo sit contrarium, tamen in quantum distant, distare non habet, nisi in quantum participat aliud contrarium quod maxime distat, et sic medium ab extremo non distat nisi ratione maximæ distantiæ. Et sic omnia quæ distant sub eodem genere proximo, aut sunt extrema maxime distantia, aut si non sunt extrema, distant tamen per ea quæ maxime distant, hoc est, participatione extremorum. Nata autem sunt fieri circa idem susceptibile, sive subjectum, quod est potentia utrumque contrariorum : quia quorum est unum genus proximum, horum est una potentia : quia genus est potentia in quo potestate est utrumque, et a quo per divisionem per oppositas differentias factam exit et educitur utrumque. Sic ergo constat de substantiali diffinitione contrariorum.

Sin embargo, se objeta contra lo que se ha dicho que los contrarios como contrarios se refieren mutuamente, porque la contrariedad es una forma de relación: y por ello, cualesquiera cosas que son contrarias en cuanto son contrarias, son también relativas. Pero a esto hay que decir lo mismo que antes, que los contrarios como opuestos se refieren mutuamente, y son relativos según el género y no según la especie, o según el individuo. Y cuando se dice que los contrarios como contrarios son relativos (ad aliquid), el decir es doble: porque aquello que se dice ('en cuanto') puede hacer una reduplicación de la contrariedad en cuanto es oposición, o en cuanto esta contrariedad designada en sí misma. Y del primer modo ciertamente esto es verdadero, que los contrarios como contrarios son relativos, pero entonces no se sigue la conclusión de que la oposición de relación sea la oposición de contrariedad. Si, en cambio, hace la reduplicación de esta contrariedad, entonces esto es falso, que los contrarios según lo que son contrarios sean opuestos relativos, y se resuelve mediante la interempción de la proposición, y por ello queda claro que no lo prueba. Pues aunque de una premisa falsa se siga a veces una conclusión, sin embargo nada se prueba. Este, por tanto, es el primer género de oposición entre los cuatro que se han mencionado. Y puesto que todos los opuestos nacen para darse en lo mismo, estos que se llaman opuestos relativos siempre están en cosas diversas, y no nacen para darse en lo mismo, sino en esto de que se refieren mutuamente y son el uno hacia el otro esto mismo que son. El que, por otra parte, se expulsen mutuamente en acto y potencia de estar en lo mismo, ya se ha expuesto en lo anterior, y cómo conviene a los relativos.

Tratando, por su parte, de los opuestos contrariamente, no necesitamos definir la oposición de contrariedad, porque ya en el tratado sobre la Cantidad consta por la opinión de los Antiguos que contrarios son aquellos que, puestos bajo el mismo género próximo, verdaderamente distan al máximo entre sí. Porque también aunque el medio comparado con el extremo sea un contrario, sin embargo, en cuanto distan, no tiene el distar sino en cuanto participa del otro contrario que dista al máximo, y así el medio no dista del extremo sino por razón de la máxima distancia. Y así todas las cosas que distan bajo el mismo género próximo, o bien son extremos que distan al máximo, o si no son extremos, distan sin embargo por aquellas cosas que distan al máximo, esto es, por participación de los extremos. Además, nacen para darse en el mismo susceptible, o sujeto, que está en potencia para ambos contrarios: porque de los que hay un solo género próximo, de ellos hay una sola potencia: porque el género es la potencia en la que están potencialmente ambos, y de la cual, mediante la división hecha por las diferencias opuestas, salen y son producidos ambos. Así, pues, consta sobre la definición sustancial de los contrarios.

Dico autem, quod contrariorum quædam sunt circa suum subjectum sive susceptibile immediata, quædam autem mediata, hoc est, quod quædam sunt quorum alterum necesse semper est inesse suo susceptibili, quædam autem sunt talia quod alterum non est necesse inesse, sed potest inesse medium quod neutrum est extremorum. Horum autem quorum necesse est inesse alterum eorum, nullum est medium : quorum autem alterum non est necesse inesse, horum medium est aliquid.

Ut autem figuraliter per exempla quæ dicta sunt declarentur, contrariorum immediatorum in physicis quidem exemplum est languor et sanitas circa animal complexionatum in corpore : hæc enim circa corpus animalis nata sunt fieri, et necessarium est alterum inesse corpori animalis vel languorem vel sanitatem. Nec latet vos, quod Galienus inter sanum et ægrum ponit medium quod est neutrum : verbi gratia, quando animal est actu sanum sed dispositum ad ægritudinem : vel e converso, quando est actu ægrum sed dispositum ad sanitatem : vel quando est in toto et secundum partem ægrum, vel e converso, vel aliquo alio tali modo se habens. Omnia enim contraria quæ fundantur super æquale et inæquale, necessario sunt immediata, sicut et æquale et inæquale esse sunt immediata, quia ad affirmationem et negationem reducuntur et sunt contradictoria in genere, quamvis simpliciter non sint contradictoria. Sanum autem et ægrum fundata sunt super æquale et inæquale, quia sanum est, quod est in æqualitate complexionis, ægrum autem, quod ab æqualitate decessit : et hoc modo neutrum non est medium, sed est ægrum non multum distans a sano, vel sanum non multum distans ab ægro : et hoc considerat Philosophus secundum illam partem physicæ quæ medicina est. Intentiones sani et ægri prout contrarietas est inter eas considerat logicus : quia simpliciter sunt fundatæ super æquale et inæquale, logicus dicit esse immediatas.

Est autem objectio contra ea quæ dicta sunt, in physicis : quia motus semper est de contrario in contrarium : motus autem omnis medium habet, quia omne quod movetur de extremo sive contrario in extremum contrarium, prius est in medio quam in extremo, et sic nulla sunt in physicis contraria quæ medium non habeant, ut videtur. Et hoc quidem verum est per hunc modum, quo procedit objectio, scilicet secundum hoc quod contraria comparantur ab subjectum, quod potentia est sub utroque contrariorum successive : et sic contraria prout eorum est motus considerat physicus. Nihilominus tamen intentiones contrariorum causam aliquando accipiunt oppositionis ab æquali et inæquali, aliquando autem a formis essentialiter repugnantibus.

Digo, sin embargo, que de los contrarios algunos son inmediatos respecto a su sujeto o susceptible, otros en cambio son mediatos, esto es, que hay algunos de los cuales siempre es necesario que uno esté en su susceptible, mientras que hay otros tales que no es necesario que ninguno esté en él, sino que puede estar un medio que no es ninguno de los extremos. De aquellos, en cambio, de los cuales es necesario que uno de ellos esté, no hay ningún medio; de aquellos, por el contrario, de los cuales no es necesario que ninguno esté, de ellos el medio es algo.

Pero para que las cosas que se han dicho se declaren figuradamente mediante ejemplos, un ejemplo de contrarios inmediatos en la física es la enfermedad y la salud respecto al animal complexionado en el cuerpo: pues estas nacen para darse en el cuerpo del animal, y es necesario que una esté en el cuerpo del animal, o la enfermedad o la salud. Tampoco se os oculta que Galeno entre lo sano y lo enfermo pone un medio que no es ninguno de los dos: por ejemplo, cuando el animal está en acto sano pero dispuesto a la enfermedad; o por el contrario, cuando está en acto enfermo pero dispuesto a la salud; o cuando está enfermo en todo y según una parte, o a la inversa, o comportándose de algún otro modo similar. Pues todos los contrarios que se fundan sobre lo igual y lo desigual son necesariamente inmediatos, al igual que el ser igual y desigual son inmediatos, porque se reducen a la afirmación y a la negación y son contradictorios en el género, aunque no sean contradictorios simplemente. Lo sano, por su parte, y lo enfermo están fundados sobre lo igual y lo desigual, porque sano es lo que está en la igualdad de la complexión, mientras que enfermo es lo que se ha apartado de la igualdad: y de este modo el 'ni lo uno ni lo otro' no es un medio, sino que es lo enfermo no muy distante de lo sano, o lo sano no muy distante de lo enfermo: y esto lo considera el Filósofo según aquella parte de la física que es la medicina. Las intenciones de sano y enfermo, en cuanto hay contrariedad entre ellas, las considera el lógico: porque están simplemente fundadas sobre lo igual y lo desigual, el lógico dice que son inmediatas.

Hay sin embargo una objeción contra lo que se ha dicho, en la física: porque el movimiento es siempre de contrario a contrario; todo movimiento, por su parte, tiene un medio, porque todo lo que se mueve de un extremo o contrario a un extremo contrario, está primero en el medio que en el extremo, y así no hay contrarios en la física que no tengan medio, según parece. Y esto ciertamente es verdad de este modo en que procede la objeción, a saber, según esto de que los contrarios se comparan con el sujeto que está en potencia bajo cada uno de los contrarios sucesivamente: y así el físico considera los contrarios en cuanto hay movimiento de ellos. No obstan-

nte sin embargo las intenciones de los contrarios a veces toman la causa de la oposición de lo igual y lo desigual, y a veces de formas esencialmente repugnantes.

Et quando accipiunt causam oppositionis ab æquali et inæquali, non potest inter illas intentiones esse medium propter affirmationem et negationem : quando autem repugnantia et distantia essentialis est in causa, aut illæ essentiæ sive formæ sunt miscibiles sibi ad invicem, aut non sunt miscibiles secundum numerum : et siquidem sunt miscibiles, illa contraria habent medium : si autem non sunt miscibiles, sicut æquale et inæquale, sed sunt immiscibilia, tunc illa contraria secundum intentiones suas formales non habent medium.

Sicut autem sanum et ægrum sunt immediata circa corpus animalis, sic par et impar circa numerum immediate opponuntur et de numero prædicantur immediate, ita quod omnis numerus est par vel impar, propter eamdem causam, quia numerus par est, qui in duo æqualia dividitur, impar autem qui in duo æqualia non dividitur, sed in duo inæqualia : et sic fundatur par et impar super æquale et inæquale : horum enim alterum necessarium est esse in numero, sicut abundans et perfectum. Dico autem hic abundans, non prout est passio quædam numeri, secundum quam dicitur numerus omnis aut esse perfectus aut esse diminutus. Non sic enim accipimus hic abundans et perfectum, sed secundum quod perfectum est æquale, abundans autem distans ab æqualitate : sic enim par numerus perfectus est quia perfecte stat super æquale, impar autem imperfectus, quia unitate abundans super æquale : impar autem numerus, ut dicit Pythagoras, est qui in duo æqualia non dividitur, impediente ea quæ intercedit unitate. Nihil ergo est in medio istorum inter sanitatem scilicet et languorem, nec inter numerum sic abun-

dantem et perfectum, et imparem et parem.

Contrariorum autem quorum non est necessarium alterum inesse susceptibi illorum, est aliquid medium propter miscibilitatem extremorum, sicut album et nigrum cum sint contraria, in corpore terminato habent fieri sicut in susceptibili : et non est necessarium alterum inesse corpori ; non enim omne corpus terminatum aut album, aut nigrum est, sed aliquando medio colore figuratum.

Similiter autem pravum et studiosum prædicantur ut contraria de homine et de aliis multis : unumquodque enim studiosum est quod est perfectum sua connaturali virtute ad proprium et connaturalem actum, sicut homo ad actum hominis, et leo ad actum leonis, et miles ad actum militis, et philosophus ad actum philosophi, et sic est in omnibus aliis.

Y cuando toman la causa de la oposición de lo igual y lo desigual, no puede haber un medio entre esas intenciones debido a la afirmación y la negación; pero cuando la repugnancia y la distancia esencial están en la causa, o bien esas esencias o formas son miscibles entre sí, o no son miscibles según el número. Y si ciertamente son miscibles, esos contrarios tienen un medio; pero si no son miscibles, como lo igual y lo desigual, sino que son inmiscibles, entonces esos contrarios, según sus intenciones formales, no tienen medio.

Así como lo sano y lo enfermo son inmediatos respecto al cuerpo del animal, así lo par y lo impar se oponen inmediatamente respecto al número y se predican inmediatamente del número, de modo que todo número es par o impar, por la misma causa: porque el número par es el que se divide en dos partes iguales, y el impar el que no se divide en dos partes iguales, sino en dos desiguales; y así lo par y lo impar se fundan sobre lo igual y lo desigual. Pues es necesario que uno de estos esté en el número, como lo abundante y lo perfecto. Digo aquí 'abundante', no en cuanto es una cierta pasión del número según la cual se dice que todo número es o bien perfecto o bien disminuido. Pues no tomamos aquí lo abundante y lo perfecto de ese modo, sino según que lo perfecto es lo igual, y lo abundante es lo distante de la igualdad; pues así el número par es perfecto porque se mantiene perfectamente sobre lo igual, mientras que el impar es imperfecto, porque abunda en una unidad sobre lo igual. Pues el número impar, como dice Pitágoras, es el que no se divide en dos partes iguales, por el impedimento de la unidad que intercede. Nada hay, pues, en medio de estos, a saber, entre la salud y la enfermedad, ni entre el número así abun-

-ante y perfecto, e impar y par.

De aquellos contrarios, sin embargo, en los cuales no es necesario que uno de ellos esté en el sujeto susceptible de ellos, hay algún medio debido a la miscibilidad de los extremos, así como lo blanco y lo negro, siendo contrarios, tienen lugar en un cuerpo terminado como en un sujeto susceptible; y no es necesario que uno de ellos esté en el cuerpo; pues no todo cuerpo terminado es o bien blanco o bien negro, sino que a veces está configurado por un color medio.

De igual modo, lo malvado y lo virtuoso se predican como contrarios del hombre y de muchas otras cosas; pues cada cosa es virtuosa cuando es perfecta en su virtud connatural para su acto propio y connatural, así como el hombre para el acto del hombre, y el león para el acto del león, y el soldado para el acto del soldado, y el filósofo para el acto del filósofo, y así es en todas las demás cosas.

Hæc tamen contraria, pravum et studiosum, sunt mediata : quia non est necessarium hominem aut studiosum, aut pravum esse : et similiter est de aliis quæ prava dicuntur vel studiosa. Possunt enim esse media, ita quod neque prava neque studiosa sunt, sicut sunt corpora ad virtutem sui actus disposita, neque etiam contrarium habitum habentia, sicut dicit Averroes[1], quia rusticus qui ad civilitatem et curialitatem et virtutem hominis non est dispositus, nec est bonus nec malus, nec pravus nec studiosus. Hesiodistæ autem philosophiam theologizantium sequentes, dicunt inter bonum et malum, sive inter pravum et studiosum non esse medium : non enim dicunt aliquod bonum bonum bonitate naturæ simplicis, sed bonum dicunt virtute perfectum ad actum omnem : qui autem ab illo deficit cum debeat esse perfectus, dicunt esse malum omissionis malitia ad minus, quia studium virtutis non fecit quod debuit : pravum autem dicunt bonum ad pravi actum in nocentia perfectum, et sic dicunt Theologi nostri temporis.

Physice autem loquendo medium est inter pravum et studiosum sicut dictum est. Est ergo horum contrariorum medium : albi quidem et nigri medium est fuscum, et pallidum, et sunt alii medii colores, sicut viride, et glaucum, et hyacinthinum, et croceum. Pravi vero et studiosi medium est, quod nec pravum nec studiosum est, sicut diximus. Sed in aliquibus contrariis nomina mediorum inter media sunt posita, et sunt quorum formæ sunt miscibiles ad formam medii terminatam, sicut inter album et nigrum nominantur media fuscum, et pallidum, et alia hujusmodi. In contrariis autem, quorum scilicet formæ non sunt miscibiles ad medii determinationem, non est idoneum assignare mediorum nomina, cum tamen sint media secundum rei veritatem. Hoc medium in talibus habet determinari per abnegationem utriusque summorum sive extremorum : summa enim sunt maxime in summo distantia ab invicem, sicut si dicerem intermedium boni et mali esse quod nec bonum nec malum est, sicut rusticus nec bonus dicitur civiliter nec malus : vel sicut diceremus inter justum et injustum esse secundum generalem justitiam, quæ idem est omni virtuti, quia nec justum nec injustum est id quod ad civilem justitiam non est dispositum. Quamvis enim talia contraria sint miscibilia, eo quod in omni motu extrema aliquo modo miscibilia sunt, quia aliter inter ea non essent motus, tamen ad formam medii determinabilia non sunt, quia non est status in mediis ipsorum ad speciem determinati medii secundum medii formam. In omnibus autem sensibilibus contrariis media sunt vel plura vel pauciora secundum doctrinam quæ traditur in libro *de sensu et sensato*. Quia contraria in illis sunt simplices formæ extremorum : in aliis autem quæ fundantur super quasdam habitudines æqualitatis vel inæqualitatis, non potest esse medium.

Sin embargo, estos contrarios, lo malvado y lo virtuoso, son mediatos: porque no es necesario que el hombre sea o bien virtuoso o bien malvado; y de igual modo ocurre con las otras cosas que se llaman malvadas o virtuosas. Pues puede haber medios, de modo que no sean ni malvadas ni virtuosas, como son los cuerpos dispuestos para la virtud de su acto, sin tener tampoco el hábito contrario, según dice Averroes, porque el rústico que no está dispuesto para la civilidad, la cortesía y la virtud del hombre, no es ni bueno ni malo, ni malvado ni virtuoso. Los Hesiodistas, sin embargo, siguiendo la filosofía de los que teologizan, dicen que entre lo bueno y lo malo, o entre lo malvado y lo virtuoso, no hay medio: pues no llaman a algún bien 'bueno' por la bondad de una naturaleza simple, sino que llaman 'bueno' a lo perfecto en la virtud para todo acto; y de quien decae de aquello cuando debe ser perfecto, dicen que es malo al menos por la malicia de la omisión, porque el estudio de la virtud no hizo lo que debió; por otra parte, llaman malvado a lo bueno perfeccionado en el daño para un acto malvado-

-cionado, y así dicen los Teólogos de nuestro tiempo.

Hablando físicamente, sin embargo, hay un medio entre lo malvado y lo virtuoso como se ha dicho. Hay, por tanto, un medio para estos contrarios: de lo blanco y lo negro el medio es lo fusco y lo pálido, y hay otros colores medios, como el verde, el glauco, el hiacintino y el croceo. De lo malvado y lo virtuoso, sin embargo, el medio es lo que no es ni malvado ni virtuoso, como hemos dicho. Pero en algunos contrarios los nombres de los medios han sido puestos entre los medios, y son aquellos cuyas formas son miscibles en la forma determinada de un medio, como entre lo blanco y lo negro se nombran como medios lo fusco y lo pálido, y otros de esta clase. En los contrarios, sin embargo, cuyas formas no son miscibles para la determinación de un medio, no es idóneo asignar nombres de medios, aunque sean medios según la verdad de la cosa. Este medio en tales casos tiene que determinarse por la negación de ambos extremos: pues los extremos son los que más distan entre sí, como si yo dijera que el intermedio entre lo bueno y lo malo es lo que no es ni bueno ni malo, así como el rústico no se dice civilmente ni bueno ni malo: o como si dijéramos que entre lo justo y lo injusto está lo que es según la justicia general, que es lo mismo que toda virtud, porque no es ni justo ni injusto aquello que no está dispuesto para la justicia civil. Pues aunque tales contrarios sean miscibles, dado que en todo movimiento los extremos de algún modo son miscibles, pues de otro modo no habría movimiento entre ellos, sin embargo no son determinables en una forma de medio, porque no hay un estado en sus medios determinado a una especie de medio según la forma del medio. En todos los contrarios sensibles, sin embargo, los medios son o más o menos según la doctrina que se entrega en el libro *Sobre el sentido y lo sensato*. Porque los contrarios en aquellos son formas simples de los extremos: en las otras cosas, sin embargo, que se fundan sobre ciertas habitudes de igualdad o desigualdad, no puede haber medio.

Quamvis dicant ethici virtutem esse medium duarum malitiarum, quæ tamen non miscetur ex duabus malitiis, quia virtus secundum boni rationem non est medium, sed extremum : in actu autem et medio habitus medium est, nisi mixtum ex duabus malitiis secundum medium duarum malitiarum in circumstantiis actus quas medio modo participat duarum malitiarum, quarum una est secundum abundantiam, altera est secundum defectum. Hæ igitur et talis est oppositio contrarietatis.

Privatio vero et habitus secundum quod oppositionis species esse dicuntur, habent fieri circa idem aliquod quod susceptivum proprie est ipsius habitus secundum naturam, sicut visio et cæcitas circa idem sunt habitus per naturam susceptivum, quod est oculus. Oculus enim per naturam susceptibilis est visus : propter quod Philosophus dicit [1], quod si oculus esset animal, visus esset anima ejus : unde sicut mors et vita opponuntur circa idem quod per naturam vitæ susceptibile est, ita visus et cæcitas opponuntur circa oculum, et auditus et surditas circa aurem, et calvum esse et comatum esse circa frontem, quia per humiditatem naturæ cerebri frons nata est esse comata.

Universaliter autem loquendo de omnibus taliter oppositis sciendum, quod in quocumque secundum naturæ principia et naturæ ordinem nascitur habitus vel habet nasci, circa hoc secundum eadem principia et eumdem ordinem habet fieri utrumque istorum oppositorum, habitus scilicet et privatio, habitus scilicet constantibus principiis et constante ordine secundum naturæ determinationem, privatio autem

secundum corruptionem utrorumque, scilicet principiorum et ordinis determinati a natura.

Quod vero ordo requiratur in talibus, patet ex hoc, quia tunc dicimus privari unumquodque suo habitu in illo tempore quo id quod natum est habere aliquem habitum, tunc non habet eum. Et si ante tempus determinatum ad habere habitum non habet, tunc dicimus quod non est privatum : edentulum enim dicimus non eum qui non habet dentes in quocumque tempore, sed eum qui non habet dentes in tempore in quo natus est habere dentes secundum naturam : neque cæcum dicimus, qui in quocumque tempore non habet visum, sed eum qui non habet in tempore in quo secundum naturam convenit eum habere visum vel dentes.

Aunque digan los éticos que la virtud es el medio de dos malicias, la cual sin embargo no se mezcla de dos malicias, porque la virtud según la razón del bien no es un medio, sino un extremo: en el acto sin embargo y en el medio de un hábito es un medio, a no ser que sea mezclado de dos malicias según el medio de dos malicias en las circunstancias del acto que participa de modo medio de dos malicias, de las cuales una es según la abundancia, la otra es según el defecto. Esta, por tanto, y de tal clase es la oposición de contrariedad.

La privación y el hábito, según que se dicen ser especies de oposición, tienen lugar en torno a algo mismo que es propiamente susceptible del hábito mismo según la naturaleza, así como la visión y la ceguera están en torno a lo mismo que es susceptible del hábito por naturaleza, que es el ojo. Pues el ojo es susceptible de la vista por naturaleza: por lo cual el Filósofo dice que si el ojo fuera un animal, la vista sería su alma: de donde así como la muerte y la vida se oponen en torno a lo mismo que por naturaleza es susceptible de la vida, así la vista y la ceguera se oponen en torno al ojo, y el oído y la sordera en torno a la oreja, y el ser calvo y el ser melenudo en torno a la frente, porque por la humedad de la naturaleza del cerebro la frente es apta para ser melenuda.

Hablando universalmente, sin embargo, de todos los opuestos de tal clase, hay que saber que en cualquier cosa en que según los principios de la naturaleza y el orden de la naturaleza nace un hábito o tiene que nacer, en torno a esto según los mismos principios y el mismo orden tiene que suceder cada uno de estos opuestos, a saber, el hábito y la privación; el hábito, a saber, manteniéndose los principios y manteniéndose el orden según la determinación de la naturaleza, la privación sin embargo-

-según la corrupción de ambos, a saber, de los principios y del orden determinado por la naturaleza.

Que ciertamente se requiere el orden en tales cosas es claro por esto: porque entonces decimos que cada cosa es privada de su hábito en aquel tiempo en que lo que es apto para tener algún hábito, entonces no lo tiene. Y si antes del tiempo determinado para tener el hábito no lo tiene, entonces decimos que no está privado: pues llamamos 'edéntulo' no a quien no tiene dientes en cualquier tiempo, sino a quien no tiene dientes en el tiempo en que es apto para tener dientes según la naturaleza; ni llamamos 'ciego' a quien en cualquier tiempo no tiene la vista, sino a quien no la tiene en el tiempo en que según la naturaleza le conviene tener la vista o los dientes.

Cum enim natura, ut dicit Aristoteles [1], nec abundet in superfluis, nec deficiat in necessariis, et omnia mensurantur periodo, ut dicit idem Aristoteles [2], si in tempore in quo natus est habere, non habet, privatus pro certo est principio naturæ ad operandum : si ante periodum deficit, non est privatus naturali principio, sed materia in qua comparabatur naturæ principium, ad tam breve tempus complere non potuit. Propter quod pueros primæ plantationis dentes projicientes, edentulos non dicimus, quia manet in eis principium dentium generativum. Quædam enim sunt generationes sive quædam generata, quæ mox nata, nec dentes, nec visum habent, sicut est canis natus, lupus, et catus : et homo quamvis habeat visum, non habet adhuc adunatum, sed dentes mox natus non habet ; et tales nati non propter hoc dicuntur edentuli, nec cæci, propter hoc quod non significat corruptionem principii vel membri in quo est privatio et habitus, sed significat brevitatem periodi in qua non poterat compleri organum ad habitus perfectionem.

Sic ergo opponuntur privatio et habitus, quod privatio dicit principiorum habitus corruptionem in eo in quo tunc natus est esse habitus. Et hoc est tripliciter secundum quod dicit Aristoteles in quinto *primæ philosophiæ*, scilicet circa idem numero, ut cæcum circa videns, hoc est, visum habens : vel circa idem genere, sicut talpa dicitur mus cæcus, non quod nata sit videre, sed quod genus ejus (quod est animal) natum est habere visum : tertio circa genus remotum, sicut planta dicitur habere visum, quia vivum natum est habere visum, cum videre sit de operationibus vitæ, quas natum est suscipere vivum secundum quod vivum. His igitur modis privatio opponitur habitui, quando scilicet habitus privatur privatione principiorum ipsius habitus : propter quod etiam videns non opponitur privative ad non videns, quia aliquid est non videns et visu non utens, et hoc non est privatum visu : et est non videns, principia visus nec habens ex genere nec ex specie, sicut lapis est non videns : et sic videns et non videns opposita sunt secundum affirmationem et negationem, et non secundum privationem et habitum. Ad hoc ergo quod privatio et habitus sint opposita, oportet quod sint circa idem habitus per naturam susceptibile, cujus susceptionis præcorruptiva sit privatio. Et hæc est causa quod habitus secundum ordinem naturæ præcedit privationem, et privatio comparatur ad habitum sicut secundum, quia primum est habitus. Non oportet autem habitum præcedere actu, sed in ordine principiorum naturæ : si enim actu semper oporteret præcedere habitum, tunc nullus esset cæcus vel surdus a nativitate, quod falsum est.

Pues como la naturaleza, según dice Aristóteles, ni abunda en lo superfluo ni falla en lo necesario, y todas las cosas se miden por un periodo, como dice el mismo Aristóteles, si en el tiempo en que es apto para tener, no lo tiene, está ciertamente privado del principio de la naturaleza para obrar; si falla antes del periodo, no está privado del principio natural, sino que la materia en la que se comparaba el principio de la naturaleza no pudo completarlo en tan breve tiempo. Por lo cual no llamamos 'edéntulos' a los niños que están mudando los dientes de la primera dentición, porque permanece en ellos el principio generativo de los dientes. Pues hay algunas generaciones o algunos seres generados que, apenas nacidos, no tienen ni dientes ni vista, como es el caso del perro, el lobo y el gato recién nacidos; y el hombre, aunque tenga vista, no la tiene todavía coordinada, pero apenas nacido no tiene dientes; y tales nacidos no por esto se llaman edéntulos ni ciegos, porque esto no significa la corrupción del principio o del miembro en el que están la privación y el hábito, sino que significa la brevedad del periodo en el cual no podía completarse el órgano para la perfección del hábito.

Así, pues, se oponen la privación y el hábito, de modo que la privación significa la corrupción de los principios del hábito en aquello en lo que entonces es apto para estar el hábito. Y esto es de tres maneras según lo que dice Aristóteles en el quinto libro de la *Primera Filosofía*, a saber: en torno a lo mismo en número, como lo ciego en torno a lo que ve, esto es, lo que tiene vista; o en torno a lo mismo en género, como el topo se dice que es un 'ratón ciego', no porque sea apto para ver, sino porque su género (que es el animal) es apto para tener vista; en tercer lugar, en torno al género remoto, como se dice que la planta tiene vista, porque lo vivo es apto para tener vista, siendo el ver una de las operaciones de la vida, las cuales lo vivo es apto para recibir en cuanto es vivo. De estos modos, pues, la privación se opone al hábito, cuando a saber el hábito es privado por la privación de los principios del hábito mismo: por lo cual también lo que ve no se opone privativamente a lo que no ve, porque algo es 'no vidente' por no estar usando la vista, y esto no está privado de la vista; y hay lo 'no vidente' que no tiene los principios de la vista ni por el género ni por la especie, así como la piedra es no vidente; y así lo que ve y lo que no ve son opuestos según la afirmación y la negación, y no según la privación y el hábito. Para esto, por tanto, de que la privación y el hábito sean opuestos, es oportuno que sean en torno al mismo hábito susceptible por naturaleza, de cuya susceptibilidad la privación sea precorruptiva. Y esta es la causa de que el hábito según el orden de la naturaleza preceda a la privación, y la privación se compare con el hábito como lo segundo, porque lo primero es el hábito. No es necesario, sin embargo, que el hábito preceda en acto, sino en el orden de los principios de la naturaleza: pues si siempre fuera necesario que el hábito precediera en acto, entonces ninguno sería ciego o sordo de nacimiento, lo cual es falso.

Privari autem et habere habitum non est omnino idem, quod privatio et habitus : quamvis inter ea sit idem modus oppositionis. Habitus est visus : visus autem essentialiter non est habere visum. Similiter privatio est cæcitas, quia cæcitas suscipit prædicationem privationis, sicut species suscipit prædicationem generis. Habere igitur visum non est visus. Cæcum vero esse et privari visu, non est cæcitas vel privatio : si enim idem esset cæcitas et cæcum esse essentialiter, tunc utrumque eorum de altero prædicaretur, et de quocumque prædicaretur unum, de eodem prædicaretur reliquum : hoc autem minime vel nequaquam convenit, cæcum enim esse vel privari visu dicitur homo, cæcitas vero nullo modo dicitur homo. Et per hoc patet, quod privatio privat habitum in se, et in principiis habitus relinquit subjectum, circa quod est potentia, et illud nihil est privationis. Hæc tamen scilicet cæcum esse et visum habere opposita sunt tanquam privatio et habitus, modus enim oppositionis in utroque idem est : cæcitas enim opponitur visui, sicut cæcum esse opponitur ad visum habere. Sed in hoc est differentia, quod cæcitas et visus nominant ipsa opposita secundum privationem et habitum : cæcum autem esse et visum habere nominant subjectum secundum quod stat sub privatione et habitu, quasi denominatum ab ipsis, et ideo cum subjectum ex se non habeat oppositionem ad seipsum, nec subjectum possit opponi subjecto, relinquitur quod non est ibi oppositio nisi privationis et habitus, quæ circa subjectum posita esse significatur, et ideo necessarium est, quod idem modus oppositionis sit inter cæcitatem et visum, et inter cæcum esse et visum habere, sive inter privari visu et videre sive habitum habere.

Attendendum autem, quod hæc opposition non est contrariorum oppositio : quamvis enim privatio salvetur in contrario, sicut cum dicitur quod ex non albo fit album, dico quod potest esse album, et hoc est nigrum : tamen nigrum et album prout sunt formæ contrariæ actu, sunt etiam repugnantes sibi invicem, et sic opponuntur ut contraria. Sed in quantum est idem in illis quæ participant utramque illarum formarum ut perfectum et imperfectum et ut formabile ad speciem, sicut est lux : vel logice loquendo genus quod est in utraque specierum ut potentia, et ut formabile ad speciem : sic opponuntur ut privatio et habitus : et sic de uno potest fieri reliquum, sicut actus de potentia : sic enim utrumque fit ex altero, sicut non hoc potens, potest tamen esse id, et utrumque inchoationem, et principium sui esse habet in reliquo : et hæc privatio quæ est unum de principiis motus, præcedit habitum secundum naturam : et quia materia nunquam est sine forma, ideo privatio talis est fundata secundum modum quem dicimus in forma contraria vel disparata : et ideo dicit Philosophus, quod quorumcumque est genus unum, illorum est materia una.

El estar privado, sin embargo, y el tener el hábito no es del todo lo mismo que la privación y el hábito: aunque entre ellos haya el mismo modo de oposición. El hábito es la vista; la vista, sin embar-

-ta esencialmente no es 'tener vista'. De igual modo, la privación es la ceguera, porque la ceguera recibe la predicación de privación, así como la especie recibe la predicación del género. El tener vista, por tanto, no es la vista. El 'ser ciego' y el 'ser privado de la vista' no es la ceguera o la privación: pues si fuera lo mismo la ceguera y el ser ciego esencialmente, entonces cada uno de ellos se predicaría del otro, y de cualquier cosa que se predicara uno, de la misma se predicaría el resto; esto sin embargo conviene muy poco o de ninguna manera, pues se dice que el hombre es 'ser ciego' o 'ser privado de la vista', pero de ninguna manera se dice que el hombre es 'ceguera'. Y por esto es claro que la privación priva del hábito en sí mismo, y en los principios del hábito deja al sujeto, en torno al cual está la potencia, y aquello nada es de la privación. Estos sin embargo, a saber, el ser ciego y el tener vista, son opuestos como la privación y el hábito, pues el modo de oposición en ambos es el mismo: pues la ceguera se opone a la vista, así como el ser ciego se opone al tener vista. Pero en esto hay diferencia: que la ceguera y la vista nombran a los mismos opuestos según la privación y el hábito; el ser ciego y el tener vista nombran al sujeto según que está bajo la privación y el hábito, como denominado por ellos, y por eso como el sujeto por sí mismo no tiene oposición consigo mismo, ni el sujeto puede oponerse al sujeto, queda que no hay allí oposición sino de la privación y el hábito, la cual se significa que está puesta en torno al sujeto, y por eso es necesario que el mismo modo de oposición sea entre la ceguera y la vista, y entre el ser ciego y el tener vista, o entre el ser privado de la vista y el ver o el tener el hábito.

Hay que advertir, sin embargo, que esta oposición no es la oposición de los contrarios: pues aunque la privación se salve en el contrario, como cuando se dice que de lo 'no blanco' se hace 'blanco', digo que puede ser blanco, y esto es lo 'negro'; sin embargo lo negro y lo blanco, en cuanto son formas contrarias en acto, son también repugnantes entre sí, y así se oponen como contrarios. Pero en cuanto hay lo mismo en aquellos que participan de ambas formas como lo perfecto y lo imperfecto y como formable para la especie, como es la luz; o hablando lógicamente el género que está en cada una de las especies como potencia, y como formable para la especie; así se oponen como la privación y el hábito; y así de uno puede hacerse lo otro, como el acto de la potencia; pues así cada uno se hace del otro, como lo que no puede esto, puede sin embargo ser aquello, y ambos tienen la incoación y el principio de su ser en el otro; y esta privación, que es uno de los principios del movimiento, precede al hábito según la naturaleza; y porque la materia nunca está sin forma, por eso tal privación está fundada según el modo que decimos en la forma contraria o disparatada; y por eso dice el Filósofo que de cualesquiera cosas el género sea uno, de aquellas la materia es una.

Patet igitur quod privatio et habitus specialem habent modum oppositionis distinctum a modo oppositionis contrariorum.

Quartum autem genus oppositionis est secundum contradictionem : quod quia complexum est, non adeo proposito convenit huic tractatui. In hac enim parte loquentes logice, non intendimus nisi de prædicabilium ordinatione, secundum quod prædicabilia rerum prædicamentorum significativa sunt, et ad res habent reduci : et quia res oppositæ sunt sub contradictoriis, ideo tractando de oppositis, oportuit tractare de contradictoriis secundum quod sub contradictoriis res substant oppositæ. Et ideo sciendum quod id quod secundum res sub affirmatione est, et id quod secundum rem est sub negatione, non est idem quod affirmatio et negatio : cujus probatio est : quia affirmatio est oratio affirmativa, negatio (quæ est contradictoria) est oratio negativa : horum autem quæ sunt affirmatione et negatione, sunt ut res affirmatæ et negatæ : nullum enim est oratio, sed potius res quæ subjacet orationi, sicut significatum substat signo.

Sciendum enim quod affirmatio tripliciter dicitur, et similiter negatio. Dicitur enim affirmatio affirmationis qualitas et forma in parte per assertionem compositionis : et hoc modo affirmatio qualitas est propositionis, et per oppositum negatio dicitur qualitas vel forma divisionis compositorum, et est qualitas negativæ propositionis. Aliquando dicitur affirmatio enuntiativa oratio dicens unum de altero, et sic affirmatio species est propositionis. Aliquando dicitur affirmatio pars negationis, quando scilicet idem negatur in negativa, quod affirmatur in affirmativa : et sic affirmatio et negatio sunt opposita circa idem : quamvis affirmatio non opponatur negationi ut pars est, tamen oppositio est in hoc quod id quod significatur esse in una, significatur non esse in altera : non inesse autem et inesse sunt opposita per affirmationem et negationem.

Si quis autem objiciat quod inter affirmationem et negationem est ordo, quod affirmatio est ante negationem, non enim negat negatio nisi quod affirmat affirmatio ; et videtur quod opposita secundum affirmationem et negationem sunt circa idem ordine, et sic sunt opposita ut privatio et habitus, sicut patet per ante dicta, Dicendum quod quando dicitur quod

opposita ut privatio sunt circa idem ordine, intelligitur quod ordo ille sit in rebus a natura determinatis : ordo autem qui est inter affirmationem et negationem, non est talis, sed est ordo rationis : quia scilicet negatio non negat, nisi quod affirmat affirmatio in quocumque tempore : et hoc non est in oppositione privationis et habitus. Hæ igitur genera oppositionis distincta sunt ad invicem : et in argumento est paralogismus æquivocus, et quod aliter et aliter hinc et inde sumitur ordo.

Es patente, por tanto, que la privación y el hábito tienen un modo especial de oposición distinto del modo de oposición de los contrarios.

El cuarto género de oposición es según la contradicción: el cual, porque es complejo, no conviene tanto al propósito de este tratado. Pues en esta parte, hablando lógicamente, no pretendemos nada sino sobre la ordenación de los predicables, según que los predicables de las cosas son significativos de los predicamentos, y tienen que ser reducidos a las cosas; y porque las cosas opuestas están bajo los contradictorios, por eso al tratar de los opuestos, fue oportuno tratar de los contradictorios según que bajo los contradictorios subyacen las cosas opuestas. Y por eso hay que saber que aquello que según la cosa está bajo la afirmación, y aquello que según la cosa está bajo la negación, no es lo mismo que la afirmación y la negación: cuya prueba es: porque la afirmación es una oración afirmativa, la negación (que es contradictoria) es una oración negativa; de aquellos sin embargo que están en la afirmación y la negación, son como cosas afirmadas y negadas; pues ninguno es oración, sino más bien la cosa que subyace a la oración, así como lo significado subyace al signo.

Hay que saber que la afirmación se dice de tres maneras, e igualmente la negación. Pues se dice afirmación a la cualidad y forma de la afirmación en la parte por la aserción de la composición; y de este modo la afirmación es cualidad de la proposición, y por lo opuesto se dice negación a la cualidad o forma de la división de lo compuesto, y es cualidad de la proposición negativa. A veces se dice afirmación a la oración enunciativa que dice uno de otro, y así la afirmación es especie de la proposición. A veces se dice afirmación a la parte de la negación, cuando a saber se niega lo mismo en la negativa que se afirma en la afirmativa; y así la afirmación y la negación son opuestos en torno a lo mismo; aunque la afirmación no se oponga a la negación como parte, sin embargo la oposición está en esto: que lo que se significa que está en una, se significa que no está en la otra; el no estar y el estar, sin embargo, son opuestos por la afirmación y la negación.

Si alguien sin embargo objetara que entre la afirmación y la negación hay un orden, que la afirmación es antes que la negación, pues la negación no niega sino lo que la afirmación afirma; y parece que los opuestos según la afirmación y la negación son en torno a lo mismo en orden, y así son opuestos como la privación y el hábito, como es claro por lo dicho antes, Hay que decir que cuando se dice que

opuestos como privación son en torno a lo mismo en orden, se entiende que aquel orden está en las cosas determinadas por la naturaleza; el orden sin embargo que hay entre la afirmación y la negación no es de tal clase, sino que es un orden de razón: porque a saber la negación no niega sino lo que la afirmación afirma en cualquier tiempo; y esto no está en la oposición de la privación y el hábito. Estos géneros de oposición son, por tanto, distintos entre sí; y en el argumento hay un paralogismo equívoco, y que de una manera y de otra se toma el orden de una y otra parte.

Quamvis autem, sicut dictum est, quod substat affirmationi non sit affirmatio, et quod substat negationi non sit negatio, tamen concedendum quod ea quæ substant affirmationi et negationi, sunt opposita tanquam affirmatio et negatio : et est in eis idem modus oppositionis, qui est etiam in contradictoriis : sicut enim affirmation adversus negationem est opposita, ut quod sedet est oppositum ei quod non sedet, sic et res quæ sub utraque positæ sunt, affirmatione scilicet et negatione, eumdem habent modum oppositionis, ut sedere opponitur ad non sedere respectu ejusdem et circa idem.

Si autem quis quærat dicendo, quod ex quo affirmatio et negatio in sermone sunt complexa, in quibus ex natura contradictionis oppositionis, in rebus autem est modus illius oppositionis, videtur quod hæc oppositio prima sit in sermone, et non in re nisi per consequens et non per veritatem, sed per aliquem modum ipsius tantum : etiam hoc aliqui aliquando concesserunt. Sed contra hoc est, quod dicit auctoritas Platonis : quia non sermoni res, sed rei sermo subjectus est, quia sermo non est nisi propter res significandas : et sicut in ante habitis dictum est, in eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est : et sic videtur primum esse in re, et consequenter, in sermone : et hoc est concedendum. Et propter hoc dicendum quod contradictio non est in sermone, nisi secundum quod refertur ad rem, et est in re sicut in causa, in sermone autem sicut in signo rei. Adhuc autem attendendum est quod in re est sicut in causa et non in compositione et divisione : res enim est in re vel separata a re, sicut compositione media quæ diversa sit a rebus compositis, sed notam compositionis vel notam divisionis ponit anima, ut dicit Aristoteles [1]. Et ideo tria sunt in oppositione secundum affirmationem et negationem, scilicet quod ad rem referantur eamdem affirmatio et negatio, et ad eumdem intellectum componentem et dividentem, et quod observetur in sermone identitas significandi in affirmatione et negatione : quia res est causa, intellectus autem componens et dividens, et sermo signum compositionis et divisionis.

Attendendum autem quod diffinientes affirmationem et negationem, utuntur genere remoto dicentes, quod affirmatio est oratio affirmativa, et non dicentes quod est enuntiatio : quia volentes ostendere quod affirmation et negatio opposita sunt, melius ostenditur ex genere quod est oratio, quia hoc commune est utrique, affirmationi scilicet et negationi : enuntiatio autem species est orationis, et proprie loquendo nihil enuntiatur in enuntiatione negativa, sed potius negatur in enuntiatione aliquid de aliquo : et quod enuntiatum est in affirmatione, negatur in negatione.

Aunque sin embargo, como se ha dicho, lo que subyace a la afirmación no sea la afirmación, y lo que subyace a la negación no sea la negación, sin embargo debe concederse que aquello que subyace a la afirmación y a la negación son opuestos como la afirmación y la negación; y hay en ellos el mismo modo de oposición que hay también en los contradictorios: pues así como la afirmación es opuesta contra la negación, como 'él está sentado' es opuesto a 'él no está sentado', así también las cosas que están puestas bajo una y otra, a saber, la afirmación y la negación, tienen el mismo modo de oposición, como 'estar sentado' se opone a 'no estar sentado' respecto de lo mismo y en torno a lo mismo.

Si sin embargo alguien preguntara diciendo que, dado que la afirmación y la negación en el discurso son complejos, en los cuales por la naturaleza de la contradicción hay oposición, mientras que en las cosas está el modo de aquella oposición, parece que esta oposición sea primaria en el discurso, y no en la cosa sino por consecuencia y no por la verdad, sino sólo por algún modo de ella; incluso esto algunos lo concedieron a veces. Pero contra esto está lo que dice la autoridad de Platón: porque la cosa no está sujeta al discurso, sino el discurso a la cosa, porque el discurso no es sino para significar las cosas; y como se ha dicho en lo anteriormente tenido, en el hecho de que la cosa sea o no sea, la oración es verdadera o falsa; y así parece que lo primero está en la cosa, y consecuentemente en el discurso; y esto debe concederse. Y por esto debe decirse que la contradicción no está en el discurso sino según que se refiere a la cosa, y está en la cosa como en la causa, pero en el discurso como en el signo de la cosa. Además, sin embargo, hay que advertir que en la cosa está como en la causa y no en la composición y división: pues la cosa está en la cosa o separada de la cosa, como en una composición media que sea diversa de las cosas compuestas, pero la nota de composición o la nota de división la pone el alma, como dice Aristóteles. Y por eso tres cosas hay en la oposición según la afirmación y la negación, a saber: que a la misma cosa se refieran la afirmación y la negación, y al mismo intelecto que compone y divide, y que se observe en el discurso la identidad de significar en la afirmación y la negación: porque la cosa es la causa, el intelecto en cambio es lo que compone y divide, y el discurso el signo de la composición y de la división.

Hay que advertir sin embargo que quienes definen la afirmación y la negación usan un género remoto diciendo que la afirmación es una oración afirmativa, y no diciendo que es una enunciación: porque queriendo mostrar que la afirmación y la negación son opuestos, mejor se muestra por el género que es 'oración', porque esto es común a ambas, a saber, a la afirmación y a la negación; la enunciación sin embargo es una especie de la oración, y hablando propiamente nada se enuncia en la enunciación negativa, sino más bien se niega algo de algo en la enunciación; y lo que fue enunciado en la afirmación, se niega en la negación.

Adhuc notandum quod cum dicitur, affirmatio est oratio affirmativa, ponitur affirmatio pro specie enuntiationis sive propositionis cujus genus est oratio. Cum autem subjungitur affirmativa, ponitur affirmatio pro qualitate propositionis quæ ad quale informat et denominat orationem.

Et si dicat aliquis, quod aliæ orationum sunt affirmativæ, Dicendum quod non sunt : quia non affirmant verum vel falsum. Unde cum dicitur, utinam non moriar, non est negatum aliquid, sed optatum est de non moriendo. Similiter etiam cum dicitur, non fac hoc, vel non facias aliquid aliud, nihil negatur, sed imperium vel præceptum est de non faciendo. Et idem est in affirmativis, cum dicitur, fac hoc, vel utinam facias : hoc enim nihil est dictum, sed præceptum vel optatum de aliquo fiendo vel faciendo : et in talibus non proprie est affirmatio vel negatio, sicut dictum est, quia si insit per modum affirmationis vel negationis, totum significat affectum mentis, qui per modum verbi importatur quod ponitur in oratione.

CAPUT VII — *De differentia oppositionis secundum privationem et habitum, ab oppositione relationis et contrarietatis.*

Sic determinatis generibus oppositionum, videndum est in quibus differant a se invicem et inter seipsa. Quod autem privatio et habitus non sic, vel eodem modo opponantur ut ad aliquid, sed hæc duo genera oppositionis sunt diversa, manifestum est, accipiendo primo differentiam sive differentiæ rationem ex ipsis quæ opposita sunt : visus enim qui opponitur cæcitati ut habitus privationi, non dicitur hoc ipsum quod est visus sui oppositi quod est cæcitas secundum aliquem casum sive secundum genitivum, sive secundum alium casum, non dicitur ad ipsum : non enim dicitur visus cæcitatis visus, nec cæcitati visus, nec ad cæcitatem visus, nec cæcitate visus : nullus enim horum habituum ad rem referri potest, et ad id quod est visus secundum quod est visus : aliter autem non potest visus hoc ipsum quod est ad alterum esse. Similiter autem nec cæcitas dicitur hoc ipsum quod est cæcitas visionis, nec secundum aliquem alium casum dicitur alterius hoc ipsum quod est. Sed cæcitas dicitur privatio visionis, et sic secundum genus aliquo modo est alterius, sed non secundum speciem : cæcitas autem visionis cæcitas non dicitur. Hujus autem causa in ante habitis in tractatu de Relatione dicta est, quia aliquando in ratione nominis speciei clauditur vel concipitur id cujus est, et ad ad quod dicitur : et tunc incongrue extrinsecus opponentur. Amplius adhuc ab ipsis oppositis rationem inducendo, sicut patet ex præhabitis, ad aliquid omnia dicuntur reciproce ad convertentiam : propter quod et cæcitas si esset de numero eorum quæ sunt hoc ipsum quod sunt ad aliquid, conver-

Además hay que notar que cuando se dice 'la afirmación es una oración afirmativa', se pone 'afirmación' por la especie de la enunciación o proposición cuyo género es la oración. Cuando sin embargo se añade 'afirmativa', se pone 'afirmación' por la cualidad de la proposición que informa y denomina a la oración según cuál clase.

Y si alguien dijera que otras de las oraciones son afirmativas, debe decirse que no lo son: porque no afirman lo verdadero o lo falso. Por lo cual cuando se dice 'ojalá no muera', no se ha negado algo, sino que es un deseo sobre el no morir. Del mismo modo también cuando se dice 'no hagas esto' o 'no hagas alguna otra cosa', nada se niega, sino que es un mandato o precepto sobre el no hacer. Y lo mismo ocurre en las afirmativas, cuando se dice 'haz esto' o 'ojalá lo hagas': pues esto nada es dicho, sino un precepto o deseo sobre algo que debe ser hecho o por hacer; y en tales casos no hay propiamente afirmación o negación como se ha dicho, porque si estuviera presente por el modo de la afirmación o negación, el todo significa un afecto de la mente, el cual se importa por el modo del verbo que se pone en la oración.

CAPUT VII.

Sobre la diferencia de la oposición según la privación y el hábito, de la oposición de relación y contrariedad.

Determinados así los géneros de oposiciones, hay que ver en qué difieren entre sí y entre ellos mismos. Que la privación y el hábito sin embargo no se oponen así, o del mismo modo que los relativos, sino que estos dos géneros de oposición son diversos, es manifiesto, tomando primero la diferencia o la razón de la diferencia de los mismos que son opuestos: pues la vista, que se opone a la ceguera como el hábito a la privación, no se dice esto mismo que es 'vista' de su opuesto que es la 'ceguera' según algún caso, ya sea según el genitivo, ya sea según otro caso, no se dice respecto a él: pues no se dice vista de la ceguera, ni vista para la ceguera, ni vista hacia la ceguera, ni vista por la ceguera: pues ninguno de estos hábitos puede referirse a la cosa, y a aquello que es vista según que es vista; de otro modo sin embargo la vista no puede ser esto mismo que es hacia otro. De igual modo sin embargo tampoco la ceguera se dice esto mismo que es la ceguera de la visión, ni según algún otro caso se dice esto mismo que es de otro. Pero la ceguera se dice privación de la visión, y así según el género de algún modo es de otro, pero no según la especie: pues la ceguera de la visión no se dice 'ceguera'. La causa de esto sin embargo se dijo en lo anteriormente tenido en el tratado de la Relación, porque a veces en la razón del nombre de la especie se cierra o se concibe aquello de lo cual es, y aquello hacia lo cual se dice; y entonces incongruentemente se opondrán desde fuera. Induciendo además la razón por los mismos opuestos, como es claro por lo anteriormente tenido, todos los relativos se dicen recíprocamente para la conversión: por lo cual también la ceguera, si fuera del número de aquellas cosas que son esto mismo que son hacia algo, se conver-

teretur utique ad illud ad quod hoc dicitur secundum ipsum hoc quod est: non autem convertitur: non enim dicitur visus cæcitatis visus, sicut paulo ante probatum est; ergo nec cæcitas hoc ipsum quod est, ad aliquid est. Sumitur autem modus oppositionis eorum quæ sunt ad aliquid, ex hoc ipso quod sunt ad aliquid. Cum ergo modus oppositionis privationis et habitus ex hoc non sumitur, patet quod alia est oppositio relationis, et eorum quæ opponuntur ut privatio et habitus.

Quoniam autem ea quæ opponuntur ut privatio et habitus, non opponuntur ut contraria, ex his quæ dicentur manifestum: contraria enim sunt aut mediata, aut immediata: quorum autem contrariorum nihil est medium, sicut contrariorum quæ sunt immediata, necesse est semper alterum contrariorum inesse subjecto susceptibili in quo nata sunt fieri illa immediata contraria, aut sunt in quibus et de quibus prædicari per denominationem videntur: alterum enim illorum semper de talibus prædicatur vel ambo sub disjunctione: semper enim secundum omne tempus eorum contrariorum nihil est medium, quorum alterum omni tempore necesse est inesse susceptibili, et quorum alterum semper est necesse de susceptibili prædicari, sicut patet de languore et sanitate circa animal, et abundanti sive impari et perfecto sive pari circa numerum. Contrariorum vero quorum aliquid est medium, nunquam secundum aliquod tempus necesse est alterum inesse: semper enim potest inesse medium, quod neutrum est contrariorum: non enim necesse est omni vel alicui susceptibili aut candidum sive album, vel nigrum inesse, quia potest inesse fuscum vel pallidum. Similiter non est necesse omni vel alicui susceptibili inesse calidum, vel frigidum, quia potest inesse tepidum, quod nec calidum est, nec frigidum: horum enim et similium contrariorum medium nihil prohibet inesse quod neutrum est extremorum. Sed eorum, ut diximus, est aliquid medium, quorum non est necesse alterum semper inesse susceptibili, exceptis his quibus naturaliter inest unum contrariorum, sicut inest igni calidum, et sicut inest per naturam nivi candidam esse. In talibus autem necessarium est alterum inesse, et illius oppositum non convenit inesse, sive impossibile et inesse sine substantiæ corruptione.

ciertamente hacia aquello respecto a lo cual esto se dice según esto mismo que es: pero no se convierte: pues la vista no se dice vista de la ceguera, como se probó un poco antes; por lo tanto, tampoco la ceguera es relativa a algo por esto mismo que es. Pues bien, el modo de oposición de aquellas cosas que son relativas se toma del hecho mismo de que son relativas. Por consiguiente, dado que el modo de oposición de privación y hábito no se toma de esto, queda claro que una es la oposición de la relación, y otra la de aquellas cosas que se oponen como privación y hábito.

Ahora bien, que las cosas que se oponen como privación y hábito no se oponen como contrarias, es manifiesto a partir de lo que se dirá: pues los contrarios son o bien mediatos o bien inmediatos: pero de aquellos contrarios de los cuales nada es término medio, como los contrarios que son inmediatos, es necesario que siempre uno de los contrarios esté presente en el sujeto susceptible en el cual esos contrarios inmediatos están dispuestos por naturaleza a darse, o bien son aquellos en los cuales y de los cuales parecen predicarse por denominación: pues siempre uno de ellos se predica de tales cosas, o ambos bajo disyunción: en efecto, siempre según todo tiempo no hay nada intermedio entre esos contrarios, uno de los cuales es siempre necesario que en todo tiempo esté en el sujeto susceptible, y uno de los cuales es siempre necesario predicar del sujeto susceptible, como es evidente acerca de la enfermedad y la salud en torno al animal, y de lo abundante o impar y lo perfecto o par en torno al número. En cambio, de los contrarios de los cuales hay algún término medio, nunca en ningún tiempo es necesario que el uno u otro esté presente: pues siempre puede estar presente el término medio, que no es ninguno de los contrarios: ya que no es necesario que en todo o en algún sujeto susceptible esté presente lo deslumbrante o blanco, o lo negro, porque puede estar presente lo oscuro o lo pálido. De manera similar, no es necesario que esté presente lo caliente o lo frío en todo o en algún sujeto susceptible, porque puede estar presente lo tibio, que no es caliente ni frío: pues nada prohíbe que en estos contrarios y otros semejantes esté presente un medio que no es ninguno de los extremos. Pero de aquellos, como hemos dicho, hay algún medio, de los cuales no es necesario que uno esté siempre presente en el sujeto susceptible, exceptuando aquellos en los que uno de los contrarios está presente naturalmente, así como lo caliente está presente en el fuego, y así como el ser blanco refulgente está por naturaleza presente en la nieve. Mas en tales casos es necesario que uno esté presente, y no conviene que su opuesto lo esté, o es imposible que esté presente sin la corrupción de la sustancia.

Non enim possibile est ignem esse frigidum, ita quod maneat ignis substantia, vel nivem esse nigram, ita quod maneat substantia nivis: multa enim etiam alia susceptibilia sunt calidi et candoris, præter ea quibus alterum inest per naturam. Et tunc ex his quæ dicta sunt patet, quod non omni susceptibili verum est alterum inesse contrariorum mediatorum, sed his solum susceptibilibus, quibus alterum inest per naturam: et his determinate inest unum, et non alterum convenit inesse.

In privatione et habitu nihil eorum quæ dicta sunt de contrariis immediatis, verum est. Susceptibili enim privationis et habitus non semper necessarium alterum, hoc est, privationem vel habitum inesse: quia hæc non sunt in eo nisi in tempore determinato: sed animal mox natum nondum habet tempus determinatum ad videndum a natura, neque cæcum neque visum habens dicitur esse. Propter quod sequitur quod privatio et habitus non sunt de numero talium contrariorum quorum nihil est medium, quia illorum omni tempore necesse est alterum inesse suo susceptibili. Sed neque sunt privatio et habitus de numero talium contrariorum, quorum aliquid est medium; omni enim susceptibili privationis et habitus, necessarium est unum inesse vel habitum vel privationem, postquam venerit tempus in quo ipsum susceptibile natum est ad habendum habitum: sic enim aut cæcum, aut habens visionem dicitur: et tunc non convenit necessario determinate inesse alterum, scilicet visum determinate vel cæcum determinate, sed indeterminate alterutrum necessario inerit: est enim vel videns, vel cæcum indeter-

minate. In contrariis autem in quibus est medium, nunquam secundum aliquod tempus est necessarium alterum inesse, quia semper potest inesse medium : sed quibusdam susceptibilibus alterum contrariorum mediatorum determinate convenit inesse, sicut diximus, cui illud inest per naturam. Propter quod palam est, quod ea quæ privative opposita sunt, secundum neutrum modum habent oppositionem : nec enim semper alterum inest, sicut contrariorum immediatorum : neque unquam necessarium est alterum inesse, sicut in contrariis mediatis se habet oppositio.

Amplius adhuc idem probatur in contrariis sive mediatis sive immediatis, existente et manente secundum substantiam susceptibili, possibile est ex alterutro in alterutrum fieri alterationis mutationem, nisi alterum contrariorum insit naturaliter, sicut igni inest calidum per naturam.

Pues no es posible que el fuego sea frío de modo tal que permanezca la sustancia del fuego, ni que la nieve sea negra de modo tal que permanezca la sustancia de la nieve: en verdad hay además muchos otros sujetos susceptibles de calor y de blancura, aparte de aquellos en los que el uno o el otro está presente por naturaleza. Y entonces a partir de lo dicho queda claro que no es verdadero para todo sujeto susceptible que uno de los contrarios mediatos esté presente, sino solamente para aquellos sujetos susceptibles en los que el uno o el otro inhiere por naturaleza: y en éstos uno inhiere de manera determinada, y no conviene que inhiere el otro.

En la privación y el hábito nada de lo que se ha dicho acerca de los contrarios inmediatos es verdadero. Pues para el sujeto susceptible de privación y hábito no siempre es necesario que esté presente el uno o el otro, esto es, la privación o el hábito: porque estos no están en él sino en un tiempo determinado: pero un animal recién nacido aún no tiene un tiempo determinado por la naturaleza para ver, y no se dice que sea ciego ni que tenga vista. Por lo cual se sigue que privación y hábito no son del número de tales contrarios que no tienen término medio, porque de aquéllos es necesario que en todo tiempo uno esté presente en su sujeto susceptible. Pero tampoco privación y hábito son del número de tales contrarios de los cuales hay un medio; pues en todo sujeto susceptible de privación y hábito es necesario que esté presente uno, el hábito o la privación, después de que haya llegado el tiempo en que dicho sujeto susceptible está naturalmente dispuesto para tener el hábito: en efecto, de esta manera se dice ciego o con visión: y entonces no conviene por necesidad que el uno u otro esté presente de modo determinado, a saber, la vista o la ceguera determinadamente, sino que indeterminadamente estará presente por necesidad uno de los dos: pues es vidente o es ciego de forma indeter-

-minada. Pero en los contrarios en los cuales hay un medio, nunca en ningún tiempo es necesario que el uno u otro esté presente, porque el medio siempre puede estar presente: mas a ciertos sujetos susceptibles les conviene determinadamente que inhiere uno de los contrarios mediatos, como hemos dicho, a los cuales esto les inhiere por naturaleza. Por lo cual es manifiesto que las cosas que se oponen privativamente no tienen oposición de ninguna de las dos maneras: pues ni siempre está presente uno, como los de los contrarios inmediatos; ni es que nunca sea necesario que esté presente uno, como se da la oposición en los contrarios mediatos.

Además, esto mismo se prueba en los contrarios, ya sean mediatos o inmediatos: existiendo y permaneciendo el sujeto susceptible en su sustancia, es posible que se produzca una mutación de alteración de uno al otro, a menos que uno de los contrarios esté presente de forma natural, así como en el fuego está el calor por naturaleza.

Nam in contrariis immediatis, animal quod sanum est modo, possibile est languere, mutatum ex sanitate in languorem : et in contrariis mediatis, possibile est id quod modo candidum est, nigrum fieri et mutari ex candore in nigredinem, et similiter calidum possibile est fieri frigidum, et e converso, et id quod est studiosum possibile est fieri pravum, et e converso ex pravo possibile est fieri studiosum, quod tamen negat Plato in libro qui dicitur *Mennonis*, sed non est negabile si ponamus virtutem ex assuetudine fieri : secundum hoc enim pravus ad meliores exercitationes sive assuefactiones bonorum operum deductus, et in virtutibus intelligibilibus deductus ad meliores doctrinas et consimilia et electiones, quamvis forte primo modicum quid proficiat ut melior sit. Si vero saltem semper sive continuum modicum crementum sumpserit, palam est quia aut perfecte mutabitur et studiosus erit perfecte, aut satis multum accipiet incrementum, ita quod operabitur ut studiosus. Si enim assuetudine fiet bene mobilior ad virtutem, ut ea quæ virtutis sunt facile faciat et gaudeat : vel etiam si homo non est, sed tamen quodcumque incrementum sumat, palam est quod aut perfecte mutabitur, aut satis multum sumet incrementum quod sufficit ad virtutis acceptionem. Si enim a principio sumat aliquod incrementum, verisimile est apud eum accipere incrementum si perseveraverit in exercitio actuum bonorum, et cum hoc semper fit continue, sic perfecte restituitur in contrarium habitum, nisi forte tempore sive suspensus, sive decurtatus sit : quia non in æquali tempore omnes æqualiter proficiunt, eo quod unus minus habilis est quam alter, quia naturalia moralibus multum cooperantur. Sic se habet in contrariis.

Sed in privatione et habitu hoc quod dictum est, nullo modo convenit : impossibile est enim in privatione et habitu indifferenter mutationem ex alterutro in alterum fieri : ab habitu enim mutatio fit in privationem, a privatione vero in habitum mutationem fieri est impossibile. Cæcus enim qui factus est nunquam rursus videbit, nec cum quis calvus factus est, unquam rursus efficitur in capite comatus, nec edentulus sine dentibus quis factus, rursus dentes ei orti sunt ut fieret dentatus.

CAPUT VIII.

De dubitabilibus quæ sunt circa ea quæ dicta sunt.

Quamvis per ea quæ dicta sunt, nihil intendamus probare nisi quod privative opposita nec sunt opposita ut relativa, nec ut contraria, tamen propter doctrinæ facilitatem bene se habet dubia quæ sunt circa ea quæ dicta sunt determinare. Quæ autem causa sit quod quædam contrariorum sunt mediata et quædam immediata, jam in ante habitis determinatum est.

Pues en los contrarios inmediatos, el animal que ahora está sano, es posible que caiga enfermo, habiendo mutado de la salud a la enfermedad: y en los contrarios mediatos, es posible que lo que ahora es blanco, se vuelva negro y mute de la blancura a la negrura, y de modo semejante es posible que lo caliente se vuelva frío, y viceversa, y es posible que lo virtuoso se vuelva vicioso, y viceversa de lo vicioso es posible que se vuelva virtuoso, lo cual, sin embargo, niega Platón en el libro titulado *Menón*, pero no se puede negar si suponemos que la virtud se produce por la costumbre: pues de acuerdo con esto, un hombre vicioso, al ser conducido a mejores ejercicios o habituaciones de buenas obras, y en las virtudes inteligibles al ser conducido a mejores doctrinas y cosas semejantes y a elecciones, aunque tal vez al principio progrese un poco para ser mejor. Pero si toma al menos siempre o de manera continua un pequeño aumento, está claro que o se mutará perfectamente y será perfectamente virtuoso, o recibirá un aumento lo bastante grande como para obrar como un hombre virtuoso. Pues si por el hábito se vuelve convenientemente más movible hacia la virtud, de modo que hace las obras de la virtud con facilidad y se goza en ellas: o incluso si no es un hombre, pero sin embargo toma cualquier aumento, es indudable que o se mutará perfectamente, o tomará un aumento lo bastante grande que será suficiente para la recepción de la virtud. Porque si desde el principio toma algún aumento, es verosímil que en él reciba un aumento si persevera en el ejercicio de las buenas acciones, y como esto se hace siempre de forma continua, así se restituye perfectamente al hábito contrario, a no ser que tal vez por falta de tiempo sea suspendido o acortado: ya que no todos progresan igualmente en un tiempo igual, porque uno es menos hábil que otro, porque las dotes naturales cooperan mucho con las morales. Así es como sucede en los contrarios.

Pero en la privación y el hábito esto que se ha dicho no conviene en modo alguno: pues es imposible en la privación y el hábito que la mutación se dé indiferentemente del uno al otro: pues del hábito se da la mutación a la privación, pero de la privación al hábito es imposible que haya mutación. Pues un ciego que se ha quedado así, nunca volverá a ver, ni cuando alguien se ha quedado calvo, vuelve jamás a tener cabello en la cabeza, ni a uno que se ha quedado desdentado sin dientes, le vuelven a nacer los dientes de modo que se vuelva dentado.

CAPÍTULO VIII.

Sobre las cuestiones dudables que tratan acerca de las cosas que se han dicho.

Aunque por las cosas que se han dicho, no nos propongamos probar nada sino que las cosas que se oponen privativamente no se oponen ni como cosas relativas, ni como cosas contrarias, con todo, por la facilidad de la doctrina es bueno determinar las dudas que hay acerca de las cosas que se han dicho. Ahora bien, cuál sea la causa de que algunos contrarios son mediatos y otros inmediatos, ya se ha determinado en lo anterior.

Quod autem alterum contrariorum inest alicui per naturam, hæc causa est, quia inest ut potentia naturalis ; et hoc

accipitur ex probatione quam fecit Aristoteles in fine tertii *Meteororum*. In substantialibus enim ignis ex hoc quod elementum est motu distensum ut usque ad ultimum rarefactum, radicatur calidum in summo, nec separabile est ab ipso, manente substantia, qua ignis est ignis : quia manente substantia formali manet illud quod ut naturalis potentia in substantia radicatum est.

Et si quis objiciat quod calor, quia est accidens in uno, in nullo potest esse substantia, et sic non est substantia in igne, sed accidens : et sic calor est in igne non sicut quædam pars, et ideo videtur quod ignis possit esse ignis et non calidus, quia accidens est, ut dicit Porphyrius, quod adest et abest præter subjecti corruptionem, Dicendum est quod est accidens naturale et proprietas essentialis ignis consequens et non derelinquens. Quod autem non sit in eo sicut quædam pars, concedendum est, quia non potest esse pars id quod est totum esse perfectum consequens. Quod autem dicit Porphyrius, dicit de accidente communi, quod non est proprium, videlicet naturale : et ideo ut accidens non habet inseparabilitatem, sed inseparabilitatem habet ab eo quod est naturale.

Patet autem ex hoc, quod falsa est opinio eorum qui dicunt primas qualitates esse formas substantiales elementorum : formæ enim substantiales corporum nullum habent contrarium : hæc autem ad invicem sibi contraria sunt [1].

Sciendum etiam ea inesse per naturam non ejus quod inest, sed per naturam subjecti cui inest, sicut diximus : et sic insunt omnibus omnes potentiæ naturales.

Si quis autem dicat quod sicut igni per naturam inest calidum, ita aquæ per naturam inest frigidum : sicut ergo aqua frigida per naturam potest calefieri ut sit actu calida sine substantiæ corruptione,

ita ignis deberet posse actu infrigidari per naturam ut esset actu frigidus præter substantiæ corruptionem. Ad hoc autem dicendum quod inter elementa, ut dicit Aristoteles [2], solus ignis est formalis et alia contraria sunt materia, et ideo quod radicatur in ipso, profundius radicatur quam in aliis : et ideo ab aliis manentibus in substantia separantur suæ qualitates secundum actum, et remanent secundum radices in potentia redeunte ad actum, quando alterans cessat ab alteratione. Et ideo aqua calefacta, cessante calefaciente, per seipsam rursus efficitur frigida.

Pero en cuanto a que uno de los contrarios está presente en algo por naturaleza, esta es la causa: que inhiere como una potencia natural; y esto

se toma de la prueba que hizo Aristóteles al final del tercer libro de los *Meteorológicos*. Pues en los componentes sustanciales del fuego, por el hecho de que es un elemento distendido por el movimiento hasta estar rarificado al máximo, lo caliente se arraiga en grado sumo, y no es separable de él, mientras permanezca la sustancia por la cual el fuego es fuego: porque una vez que permanece la sustancia formal, permanece aquello que está arraigado en la sustancia como potencia natural.

Y si alguien objetara que el calor, por ser un accidente en una cosa, no puede ser sustancia en ninguna, y de este modo no es sustancia en el fuego, sino un accidente: y así el calor no está en el fuego como una especie de parte, y por ello parece que el fuego podría ser fuego y no estar caliente, porque el accidente es, como dice Porfirio, aquello que está presente y ausente sin la corrupción del sujeto, se debe decir que es un accidente natural y una propiedad esencial del fuego que lo sigue y no lo abandona. Pero debe concederse que no está en él como una especie de parte, porque lo que sigue a todo el ser perfecto no puede ser una parte. Pero lo que dice Porfirio, lo dice de un accidente común, que no es propio, a saber, natural: y por lo tanto, en tanto que accidente no tiene inseparabilidad, sino que tiene inseparabilidad debido a que es natural.

De esto queda claro que es falsa la opinión de los que dicen que las cualidades primarias son las formas sustanciales de los elementos: pues las formas sustanciales de los cuerpos no tienen ningún contrario: mas estas son contrarias entre sí [1].

También hay que saber que estas cosas están presentes por naturaleza, no la de lo que inhiere, sino por la naturaleza del sujeto en el cual inhiere, como dijimos: y de este modo todas las potencias naturales inheren en todas las cosas.

Pero si alguien dijera que así como lo caliente inhiere por naturaleza en el fuego, así lo frío inhiere por naturaleza en el agua: por tanto, así como el agua fría por naturaleza puede calentarse para ser caliente en acto sin la corrupción de su sustancia,

así también el fuego debería poder enfriarse en acto por naturaleza de modo que fuera verdaderamente frío sin que su sustancia se corrompiera. A esto debe decirse que, entre los elementos, como dice Aristóteles [2], solo el fuego es formal y los demás son contrarios materiales, y por eso lo que se arraiga en él se arraiga más profundamente que en los otros: y por eso, en los otros, aun permaneciendo en su sustancia, sus cualidades se separan según el acto, y permanecen en sus raíces en la potencia que retorna al acto cuando el que altera cesa de su alteración. Y por eso el agua calentada, al cesar el que calienta, por sí misma vuelve a hacerse fría.

Ignis autem quia rarissimus est, et quia alterationem infrigidantis recipiens in profundum sui, propter hoc quod valde formale est, statim infrigidatus inspissatur et corrumpitur ab ignis substantia et forma : quod post ignem facit aer secundum modum proportionalem. Aqua autem et terra, quia spissa sunt, non ita in profundum sui suscipiunt alterationes eorum quibus mutantur : et ideo actu efficiuntur in forma alterante, et cum hoc diu actu tenent qualitates et potentias naturales proprias.

Quod autem diximus ex pravo fieri studiosum si a principio propter exercitationes in bonis actibus incrementum incipiat, propter Socratem et Platonem dictum est, qui dixerunt virtutem secundum quam homo studiosus est, nec discibile, nec assuescibile bonum esse, sed virtutem esse donum deorum immortalium : assuetudine autem et doctrina hominem parari ad virtutem, eo quod dii non juvant inertes et pigros, sed seipsos extendentes et parantes ad virtutem.

Adhuc autem quod dictum est, à privatione in habitum regressum non posse fieri, intelligendum hoc quod est dictum de privatione quæ privat et habitum et subjecti ad habitum aptitudinem, sive quæ privat principia per quæ subjectum habitudinem habet ad habitus susceptio-

nem, sicut cæcitas ad visum se habet : et talis privatio sequitur habitum tempore et natura : hæc enim privatio non relinquit subjectum sine habilitate ad habitum. Est autem alia privatio quæ non privat habitum, sed essentiam secundum esse actu habitum : et hæc est in qua est inchoatio habitus secundum potentiam, et ex qua educitur habitus, et ab hac in omni motu et mutatione fit processus in habitum secundum actum per modum quo movetur subjectum susceptibile actus de potentia ad actum : et hæc privatio semper præcedit habitum tempore et motu, et etiam natura materiæ et potentiæ : et de hac privatione nos hic non loquimur, quia in toto non privat habitum. Nec etiam inter talem privationem et suum habitum est plena oppositio privative oppositorum. Nos autem hic loquimur de differentia modorum oppositionis, et ideo non loquimur de privatione et habitu, nisi secundum quod plenam habent ad invicem hujusmodi oppositionem. Alia vero quæ dicta sunt, per se sunt manifesta.

Quod autem de nive dictum est, quod per naturam inest ei candidam esse : hoc namque est, quia nix materialiter generatur de perspicuo indurato et concusso per minima : perspicuum autem concussum et induratum per indurationem efficitur ubique in superficie clara luminis receptivum : et hæc est natura et naturalis causa albedinis : per hanc ergo naturam inest nivi candidam esse.

Mas el fuego, como es sumamente enrarecido, y porque recibe en su interior la alteración de lo que enfría por el hecho de ser sumamente formal, al enfriarse se espesa e inmediatamente se corrompe y pierde la sustancia y forma del fuego: cosa que después del fuego hace el aire de modo proporcional. Mas el agua y la tierra, porque son espesas, no admiten tan profundamente en sí mismas las alteraciones de aquellas cosas por las cuales se mutan: y por eso llegan a ser en acto en forma de quien las altera, y con esto mantienen por largo tiempo en acto sus propias cualidades y potencias naturales.

Mas lo que dijimos de que uno pasa de vicioso a virtuoso si desde el principio inicia un crecimiento mediante el ejercicio en acciones buenas, se dijo por Sócrates y Platón, que dijeron que la virtud según la cual el hombre es virtuoso no es un bien enseñable ni adquirible por costumbre, sino que la virtud es un don de los dioses inmortales: mas el hombre se prepara para la virtud a través de la costumbre y la enseñanza, ya que los dioses no ayudan a los inertes y perezosos, sino a quienes se esfuerzan y se preparan para la virtud.

Ahora bien, en cuanto a lo que se ha dicho de que no se puede producir un regreso de la privación al hábito, esto debe entenderse de la privación que priva tanto del hábito como de la aptitud del sujeto para el hábito, o que priva de los principios por los cuales el sujeto tiene la aptitud para la recepción del hábito-

-ción, así como se halla la ceguera respecto de la vista: y tal privación sigue al hábito en el tiempo y por naturaleza: pues esta privación no deja al sujeto sin capacidad para el hábito. Ahora bien, hay otra privación que no priva del hábito, sino de la esencia en lo que respecta a ser en acto el hábito: y ésta es aquella en la cual se halla la incoación del hábito en cuanto a la potencia, y de la cual es extraído el hábito, y desde ella en todo movimiento y mutación se da un proceso hacia el hábito en acto según el modo por el que el sujeto susceptible del acto se mueve de la potencia al acto: y esta privación precede siempre al hábito en el tiempo y en el movimiento, y también en la naturaleza de la materia y de la potencia: y de esta privación no hablamos aquí, porque no priva totalmente del hábito. Ni tampoco hay entre tal privación y su hábito plena oposición como la de las cosas opuestas privativamente. Pero nosotros hablamos aquí sobre la diferencia de los modos de oposición, y por eso no hablamos de privación y hábito, sino en la medida en que tienen entre sí una oposición plena de esta clase. Y las otras cosas que se han dicho son manifiestas por sí mismas.

Por otro lado, respecto a lo que se ha dicho de la nieve, de que por naturaleza le inhiere el ser blanca: esto ocurre en efecto porque la nieve se genera materialmente de lo perspicuo endurecido y quebrado en partículas mínimas: mas lo perspicuo quebrado y endurecido por la induración se vuelve en todas partes de su superficie receptivo a la claridad de la luz: y esta es la naturaleza y la causa natural de la blancura: por consiguiente, a través de esta naturaleza inhiere a la nieve el ser blanca.

CAPUT IX.

De differentia contradictionis ad alias oppositiones, et utrum veritas sit ab æterno.

His habitis, ostendenda est differentia contradictionis ad omnes alias oppositiones. Dicamus ergo quod in affirmatione et negatione semper, sive sit subjectum de quo sit affirmatio et negatio, sive non sit, una quidem pars contradictionis est vera et altera falsa : de quolibet enim sive existente sive non existente dicitur affirmatio vel negatio vera : et de nullo simul ambo vera vel falsa sunt contradictoria, ut in quarto *primæ philosophiæ* probatum est [1] : sive enim sit Socrates sive non sit, de Socrate unum contradictoriorum est verum, aliud autem falsum : palam enim est cum dicitur Socratem (dum ipse est Socrates) languere et Socratem non languere, quod alterum istorum falsum est et alterum verum. Similiter si Socrates ponitur non esse, et dicatur quod Socrates languet vel non languet, alterum est verum, et alterum est falsum, languere enim Socratem quando non est Socrates, falsum est, et non languere Socratem verum est. Propter hoc in his solum quæ sunt opposita contradictorie, proprium est, semper alterum corum verum et alterum falsum esse, et nunquam esse simul vera vel simul falsa.

Sunt tamen quidam contra hoc fortiter objicientes, et sunt non antiqui sed moderni. Augustinus enim [2] per hoc ipsum quod hic dicitur, probat immortalem esse veritatem dicens, quod aut veritas semper erat aut non semper erat. Si semper erat, habetur propositum quod veritas immortalis fuit ab æterno. Si autem hæc est falsa, veritas semper erat, ejus contradictoria est vera, hæc scilicet, veritas non semper erat. Et si hæc est vera, aliquid erat verum ; verum autem non est nisi in veritate : ergo veritas erat quando non erat veritas, quod falsum est. Inconveniens etiam est idem, ex quo sequitur id quod scilicet non semper erat veritas : veritas igitur semper erat. Eodem modo probatur quod veritas semper erit : aut enim semper erit veritas, aut non semper erit. Si semper erit, habetur propositum. Si autem non semper erit, tunc hæc est falsa, veritas semper erit : ergo ejus contradictoria est vera, hæc scilicet, veritas non semper erit. Et si hæc est vera, aliquid est verum : non autem verum nisi veritate : ergo veritas est quæ non

CAPÍTULO IX.

De la diferencia de la contradicción respecto a las otras oposiciones, y sobre si la verdad existe desde la eternidad.

Aclaradas estas cosas, ha de mostrarse la diferencia de la contradicción respecto de todas las demás oposiciones. Digamos pues que en la afirmación y en la negación, siempre, ya sea que exista el sujeto del cual trata la afirmación y la negación, o que no exista, ciertamente una de las partes de la contradicción es verdadera y la otra es falsa: pues de cualquier cosa, sea existente o no existente, se dice una afirmación o una negación verdaderas: y de ninguna cosa resultan ser simultáneamente verdaderas o falsas las dos contradictorias, como ha sido probado en el libro cuarto de la *Primera Filosofía* [1]: pues ya sea que Sócrates exista o que no exista, respecto a Sócrates una de las contradictorias es verdadera y la otra falsa: pues es obvio que cuando se dice que Sócrates (mientras que el propio Sócrates existe) está enfermo y Sócrates no está enfermo, que una de esas proposiciones es falsa y la otra verdadera. De manera similar si suponemos que Sócrates no existe, y se dijera que Sócrates está enfermo o no está enfermo, una es verdadera, y la otra es falsa, pues que Sócrates está enfermo cuando Sócrates no existe, es falso, y que Sócrates no está enfermo es verdadero. Por esta razón, sólo en aquellas cosas que se oponen contradictoriamente, es propio que siempre una de ellas sea verdadera y la otra sea falsa, y nunca sean simultáneamente verdaderas o simultáneamente falsas.

Sin embargo, hay algunos que objetan enérgicamente contra esto, y no son hombres de la antigüedad sino modernos. Pues Agustín [2] mediante esto mismo que se afirma aquí pruébase que la verdad es inmortal diciendo: o bien la verdad fue siempre o no fue siempre. Si siempre fue, se obtiene el propósito de que la verdad inmortal ha sido desde la eternidad. Mas si la siguiente afirmación es falsa: "la verdad siempre fue", su contradictoria es verdadera, es decir: "la verdad no siempre fue". Y si esto es verdadero, algo era verdadero; pero algo no es verdadero sino en la verdad: luego la verdad era cuando la verdad no era, lo cual es falso. Es conveniente del mismo modo, aquello de lo cual se sigue que, a saber, la verdad no siempre fue: luego la verdad siempre fue. De igual forma se prueba que la verdad siempre será: pues o la verdad siempre será, o no siempre será. Si siempre será, se obtiene el propósito. Mas si no siempre será, entonces es falsa la proposición "la verdad siempre será": luego su contradictoria es verdadera, es decir, "la verdad no siempre será". Y si esto es verdadero, algo es verdadero: mas no hay algo verdadero si no es por medio de la verdad: luego la verdad es la que no-

erit veritas, quod est impossibile. Falsum ergo fuit quod prius dictum est, hoc scilicet quod non semper erit veritas : veritas ergo est æterna et immortalis est. Et hoc sequitur de veritate propositionis et de veritate enuntiabilis, quæ veritates non sunt veritas increata.

Si autem hoc concedatur, tunc objiciunt moderni probantes, quod plura quam unum erunt ab æterno sic. Simus enim ante mundum : tunc si hæc est vera mundum futurum esse, vel hæc propositio, mundus erit, et si est vera, sequitur quod ante mundum fuit aliquid verum. Si autem non est vera : tunc sequitur quod ejus contradictoria est vera, et sic iterum sequitur quod aliquid est verum, et quod veritas illius fuit ante mundum, aut non fuit nisi æternum, et æternitas ab æterno : ergo aliquid fuit verum cujus veritas fuit : sed tam enuntiabile quam propositio sunt creata et creatæ veritatis. Ergo aliquid creatum, fuit ab æterno.

Si autem hæc quidem concedatur, statim sequitur inconveniens quod dicit Plato, quod est creatum, est factum : omne autem factum incepit : ergo creatum incepit : quod autem incepit, non est æternum : ergo creatum non est æternum : enuntiabile sive propositio creatum, ergo non est æternum : et si propositio et enuntiabile non est æternum, tunc veritas sua non fuit ab æterno : et sic videtur sequi, quod veritas propositionis sit ab æterno, et non sit ab æterno.

Ad hoc autem quidam alii dixerunt [1] quod veritas enuntiabilis et propositionis non erat ab æterno : et causam assignant dicentes quod veritas enuntiabilis et propositionis esse non potest nisi existente enuntiabili et propositione. Ante mundum autem ab æterno non fuit enuntiabile, nec propositio, et ideo quando dicit, si hæc non est vera, veritas erit, contradictoria erit vera. Dicunt quod hoc non sequitur : quia contradictoria est propositio vel enuntiabile : ante mundum autem nec fuit vera hæc neque alia, quia propositio nulla fuit. Similiter dicunt de futuro, quod veritas non erit quando non erit mundus si ponatur totus mundus ad nihilum redigi.

Et si verum est quod dicunt isti, tunc ista doctrina de contradictoriis non est generaliter vera, et sequitur quod oppositionis contradictionis est medium in quo nec unum, nec alterum contradictoriorum est verum vel falsum : et multa sequuntur inconvenientia contra hoc principium, quod de quolibet affirmatio vel negatio vera, et de nullo simul : et si hoc principium non est firmæ veritatis, nihil est certæ veritatis in demonstrationibus : quia, ut dicit Aristoteles, huic principio sicut primo innititur omnis demonstratio.

-habrá verdad, lo cual es imposible. Por lo tanto, fue falso lo que se dijo antes, a saber, que no siempre habrá verdad: luego la verdad es eterna e inmortal. Y esto se sigue de la verdad de la proposición y de la verdad de lo enunciable, las cuales verdades no son la verdad increada.

Si esto se concede, entonces objetan los modernos probando que más de una cosa será desde la eternidad de esta manera. Pues supongamos que estamos antes del mundo: entonces si esta es verdadera, «que el mundo ha de ser», o esta proposición, «el mundo será», y si es verdadera, se sigue que antes del mundo hubo algo verdadero. Mas si no es verdadera: entonces se sigue que su contradictoria es verdadera, y así de nuevo se sigue que algo es verdadero, y que la verdad de aquello fue antes del mundo, o no fue sino eterno, y la eternidad desde la eternidad: por lo tanto, algo fue verdadero cuya verdad existió: pero tanto lo enunciable como la proposición son creados y de verdad creada. Luego algo creado existió desde la eternidad.

Si esto ciertamente se concede, se sigue inmediatamente el inconveniente que dice Platón, que lo que es creado, es hecho: mas todo lo hecho comenzó: luego lo creado comenzó: lo que empero comenzó, no es eterno: luego lo creado no es eterno: lo enunciable o la proposición es algo creado, luego no es eterno: y si la proposición y lo enunciable no es eterno, entonces su verdad no fue desde la eternidad: y así parece seguirse que la verdad de la proposición sea desde la eternidad, y no sea desde la eternidad.

A esto, empero, algunos otros dijeron [1] que la verdad de lo enunciable y de la proposición no era desde la eternidad: y asignan la causa diciendo que la verdad de lo enunciable y de la proposición no puede ser sino existiendo lo enunciable y la proposición. Antes del mundo, empero, desde la eternidad no hubo enunciable, ni proposición, y por eso cuando dice, si esta no es verdadera, la verdad será, la contradictoria será verdadera. Dicen que esto no se sigue: porque la contradictoria es una proposición o un enunciable: antes del mundo, empero, ni esta fue verdadera ni la otra, porque no hubo ninguna proposición. De igual modo dicen del futuro, que la verdad no será cuando no sea el mundo si se supone que todo el mundo se reduce a la nada.

Y si es verdad lo que dicen estos, entonces esta doctrina de las contradictorias no es generalmente verdadera, y se sigue que de la oposición de contradicción hay un medio en el cual ni una ni la otra de las contradictorias es verdadera o falsa: y se siguen muchos inconvenientes contra este principio, de que de cualquier cosa la afirmación o la negación es verdadera, y de ninguna simultáneamente: y si este principio no es de firme verdad, nada es de cierta verdad en las demostraciones: porque, como dice Aristóteles, en este principio como en el primero se apoya toda demostración.

Ideo nos dicimus quod doctrina quæ hic traditur, certissimæ est veritatis, et quod argumentationes Augustini procedunt et sunt necessariæ. Sed dicendum quod res de quibus affirmatio et negatio dicuntur, sunt in esse et in ipsa rerum ordinabilitate. Et hoc manifestum est per Avicennam et Algazelem et Alfarabium dicentes (sicut est verum) quod quando prædicatum concipitur in ratione subjecti, talis propositio vera est sive re existente sive non existente : sive enim homo sit et animal, sive non sit homo et animal, hæc semper vera est, homo est animal, et animal est animatum sensibile et vivum et substantia : et ideo sequitur, homo est animal, et animal vivum, et vivum substantia. Sed si ulterius inferatur, et substantia est ens : ergo homo est ens. Dicunt quod non sequitur : quia ens vel entia esse accidit homini et animali, et non per se clauditur in intellectu eorum. Cum vero dicitur, homo est animal, sufficit ad veritatem propositionis substantialis ordinatio prædicati ad subjectum. Cum autem additur, animal est ens, et ens non est de ratione animalis vel hominis : non

est enim ibi ordo substantialis unius ad alterum : et ideo si animal est ens, vel homo est ens, oportet quod sit ens actu : et hoc est contra hypothesim, posuimus enim quod non sit homo vel animal.

Hanc igitur doctrinam sequentes dicimus quod ordinabilitas rerum in prædicatum et subjectum, æqualiter est cum rebus existentibus et rebus non existentibus, dum non sint impossibiles ad essendum : et ideo ante mundum hæc propositio, mundus erit, fuit in ipsa rerum ordinabilitate. Et si quæratur, in quo erat illa rerum ordinabilitas quando non erant res? Dicendum quod fuit in ipsis rerum rationibus. Si autem de illis rationibus ulterius quæritur, Dicendum quod fuerunt in sapientia creantis et ordinantis. Si autem ulterius infertur, quod in sapientia primi intellectus fuerunt ut unum, et non ut ordinatum unum ad alterum, Dicendum quod res in sapientia intellectus primæ causæ dupliciter considerantur, scilicet ut res consideratæ in producendo, vel ut intellectus quo intelliguntur. Et primo quidem modo passibiles ad pluralitatem et ordinem non quidem in actu ordinantis, sed qui est in ordinabilibus : et hoc modo possibile est veritatis esse de ipsis, et enuntiabiles sunt ad veritatem, quamvis nunquam fuit enuntiatio, et sic enuntiabile ad rem reductum, et similiter propositio possunt esse ab æterno : et tamen unum solum est actu ab æterno. Et quod quæritur, utrum tale sit creatum, vel non? Dicendum quod creabile, et non creatum secundum rerum ordines : et hoc quamvis sit in creatore, tamen ratione differt a creatore, quia creator non creabilis est, nec creatus.

Por lo cual nosotros decimos que la doctrina que aquí se transmite es de certísima verdad, y que las argumentaciones de Agustín proceden y son necesarias. Pero debe decirse que las cosas de las cuales se dicen la afirmación y la negación, están en el ser y en la misma ordenabilidad de las cosas. Y esto es manifiesto por Avicena, Algazel y Alfarabi diciendo (como es verdad) que cuando el predicado se concibe en la razón del sujeto, tal proposición es verdadera sea que la cosa exista o no exista: pues ya sea que el hombre sea y el animal, o no sea el hombre y el animal, esta es siempre verdadera, «el hombre es animal», y el animal es animado sensible y vivo y sustancia: y por eso se sigue, «el hombre es animal», y «el animal es vivo», y «el vivo es sustancia». Pero si más adelante se infiere, «y la sustancia es ente: luego el hombre es ente». Dicen que no se sigue: porque ser ente o los entes le acontece al hombre y al animal, y no se encierra por sí en el intelecto de ellos. Cuando empero se dice, «el hombre es animal», basta para la verdad de la proposición la ordenación sustancial del predicado al sujeto. Cuando empero se añade, «el animal es ente», y el ente no es de la razón del animal o del hombre : no

pues hay allí un orden sustancial de uno hacia otro: y por consiguiente si el animal es un ente, o el hombre es un ente, es menester que sea un ente en acto: y esto va contra la hipótesis, pues hemos supuesto que no exista el hombre o el animal.

Por tanto, siguiendo esta doctrina decimos que la ordenabilidad de las cosas en predicado y sujeto, se da por igual en las cosas existentes y en las cosas no existentes, mientras no sean imposibles para existir: y por consiguiente antes del mundo esta proposición, "el mundo existirá", estaba en la misma ordenabilidad de las cosas. Y si se pregunta, ¿en qué estaba aquella ordenabilidad de las cosas cuando no existían las cosas? Debe decirse que estaba en las razones mismas de las cosas. Mas si se pregunta nuevamente acerca de aquellas razones, debe decirse que estuvieron en la sabiduría del creador y ordenador. Pero si alguien infiriera más aún, diciendo que en la sabiduría del primer intelecto estuvieron como una sola cosa y no como algo ordenado uno con respecto a otro, debe decirse que las cosas en la sabiduría del intelecto de la causa primera se consideran de dos modos, a saber, como cosas consideradas al producir, o como el intelecto con el que son entendidas. Y de l primer modo ciertamente susceptibles de la pluralidad y el orden no ciertamente en el acto del que ordena, sino el que existe en las cosas ordenables: y de este modo es posible que haya verdad sobre ellas, y son enunciables hacia la verdad, aunque nunca haya habido enunciación, y de esta forma lo enunciable reducido a cosa, y similarmente la proposición pueden existir desde la eternidad: y, sin embargo, solo una cosa se halla en acto desde la eternidad. Y a lo que se inquiere, de si tal cosa es creada, ¿o no? Debe decirse que es creable, mas no creada según los órdenes de las cosas: y esto, aunque está en el creador, con todo difiere en la razón del creador, porque el creador no es creable ni tampoco creado.

Si autem hæc quæ sunt in intellectu creantis accipiantur ut intellectus, cum creator non intelligat nisi seipsum, tunc verum est quod res in creatore sunt per modum creatoris, et non sunt unum nec multa, nec ordinata nec inordinata, sed sunt idem quod ipse.

Et hæc est Avicennæ doctrina, quæ concordat cum Porphyrio, qui dicit quod nulla specie existente animal potest intelligi substantia animata sensibilis. Et constat quod non loquitur de intellectu intelligentis, quia sic nihil diceret : quia si nulla species est animalis, nihil est intelligens. Sed loquitur de intellectu intelligibilis : quia secundum naturæ ordinem nulla specie existente, adhuc quantum est in se, intellectualiter manet substantia animata sensibilis.

CAPUT X.

De contrariis propter bonum et malum, quæ specialem modum habent contrarietatis.

In moribus autem contrarium est quidem bono malum, ut accipiatur bonum in habitu virtutis et actu, et malum in habitu et actu vitii oppositi ad virtutem. Hoc autem palam est, quod scilicet bono malum contrarium est per inductionem singulorum : in corpore enim quamvis non sunt virtutes et vitia, tamen sunt ea quæ virtutibus et vitiis proportionantur, ut sensibilitati sensuum prudentia, robori corporis fortitudo, rectitudini corporis et membrorum ordinationi justitia, sanitati temperantia, eo quod sanitas consistit in temperantia complexionis : et sic sanitati ut bono opponitur languor ut malum, et in anima justitiæ ut bono opponitur injustitia ut malum, et fortitudini in utroque, corpore scilicet et anima, ut bono opponitur debilitas ut malum, debilitas enim cordis timor est vel timiditas. Similiter autem invenitur in omnibus aliis : semper enim opponitur bono malum.

Nequaquam autem bono opponitur bonum : cujus causa est, quia bonum est, ut dicit Aristoteles secundo Ethicorum, ex una sola et tota causa, ex causa actus et actu, et circumstantiis agentis et actus in fine congregata : et hoc est in omnibus quorum est aliqua virtus in actu, sive sint corporalia, sive animantia, hoc est, ad animam pertinentia, sive etiam sint intellectualia sive divina, ut dicit Dionysius : et ideo bonum est uniforme : uniforme

Pero si se toman estas cosas que están en el intelecto del creador como entendimiento, como el creador no entiende sino a sí mismo, resulta entonces verdadero que las cosas en el creador existen al modo del creador, y no son ni una ni múltiples, ni ordenadas ni desordenadas, sino que son lo mismo que Él.

Y esta es la doctrina de Avicena, la cual concuerda con Porfirio, quien dice que sin existir ninguna especie, el animal puede ser entendido como sustancia animada sensible. Y consta que no habla del intelecto del que entiende, porque, de ser así, no diría nada: ya que si no existe la especie del animal, nada es lo que entiende. Sino que habla del intelecto de lo inteligible: porque según el orden de la naturaleza, sin existir ninguna especie, aún en cuanto está en sí, la sustancia animada sensible permanece intelectualmente.

CAPÍTULO X.

De los contrarios con respecto al bien y el mal, los cuales tienen un modo especial de contrariedad.

Ahora bien, en las costumbres el mal es ciertamente contrario al bien, si se toma el bien en el hábito de la virtud y en acto; y el mal, asimismo, en el hábito de un vicio y en el acto opuesto a la virtud. Mas es manifiesto esto mismo por inducción de los casos singulares, a saber, que el mal es ciertamente contrario al bien: pues en el cuerpo, aunque no existen virtudes y vicios, con todo existen aquellas cosas que se corresponden con los vicios y virtudes, como a la sensibilidad de los sentidos la prudencia, a la fortaleza del cuerpo la fortaleza, a la rectitud del cuerpo y a la coordinación de los miembros la justicia, a la salud corporal la templanza, porque la salud consiste en la templanza de la complexión: y de esta forma a la salud como un bien se opone la dolencia o enfermedad como un mal, y en el alma a la justicia considerada como un bien se opone la injusticia como un mal; a la fortaleza corporal en uno y otro caso, es decir el cuerpo y en el alma, como un bien se opone la debilidad como si fuera un mal, porque la debilidad del corazón es temor o la cobardía. Mas sucede algo parecido en todos los otros casos: porque siempre al bien se opone el mal.

Sin embargo, en modo alguno al bien se le opone el bien: y la causa de esto es, porque el bien es, como dice Aristóteles en el libro segundo de la Ética, a partir de una sola y total causa, por la causa del acto que está obrando, y cuando las circunstancias del que obra y del acto se congregan en el fin: y esto ocurre en todas las cosas en las que hay cierta virtud actuando, sean cosas corporales o cosas animadas, esto es, vinculadas al alma, o bien si fueren cosas relativas al intelecto o divinas, como dice Dionisio: y por consiguiente el bien resulta uniforme: y así, uniforme

autem uniformi non opponitur nec opponi potest, quia uniforme uniformi convenit et non potest esse oppositum : et ideo dicit Aristoteles quod omnia consonantia vera et bona sunt. Falsum autem statim dissonat vero, et malum statim dissonat bono. Intelliguntur autem hæc omnia de bono et malo dictis simpliciter, et non de bono et malo dictis per accidens ut hic et nunc : quia sic nihil prohibet esse idem malum et bonum, sicut secari et uri quæ mala sunt, sunt tamen bona et nunc et hic. De talibus autem disputari habet in ethicis : sed hoc sufficit scire tantum, quia malum bono opponitur, bono autem bonum nunquam opponitur.

Malo autem aliquando opponitur bonum, et aliquando malum est contrario oppositum malo : egestas enim cum sit malum in civibus, quia impedit civiles actus, superabundantiæ quæ impedit actus felicitatis contemplativæ, et ideo etiam est malum, est contrarie opposita. Sed in paucis hoc tale est, quibus advertens de facili inspicere potest. In pluribus vero semper bonum malo contrarium est. Non enim invenitur nisi in ethicis et civilibus et œconomicis malum malo contrarium, et in illis quæ ad civilia, vel ethica habent analogiam sive proportionem : in aliis autem omnibus malum bono est contrarium. Nunquam autem invenitur bono bonum contrarium, sed concors est : in eo enim quod bonum est uno modo et ex tota et sola causa, bonum est indivisibile et æqualitati proportionale : æquali autem non opponitur æquale sed inæquale. Propter quod in stichia bonorum Pythagoras posuit æquale, inæquale autem posuit in stichia malorum [1].

Amplius autem in contrariis considerando non est necessarium, quod si alterum contrariorum sit, quod reliquum sit ex necessitate. Si enim ponamus omnia animalia esse sana, tunc per talem hypothesim sanitas est, sed languor non est. Similiter si ponamus omne corpus terminatum esse album, tunc albedo quidem est, nigredo autem non est : quia si esset, oporteret quod esset in aliquo corpore terminato : et talia posuimus omnia esse alba. Hæc autem in complexis videre possumus.

-forme: ahora bien, lo uniforme no se opone ni puede oponerse a lo uniforme, porque lo uniforme concuerda con lo uniforme y no puede ser opuesto: y por eso dice Aristóteles que todas las cosas consonantes son verdaderas y buenas. En cambio, lo falso disuena de inmediato respecto a lo verdadero, y el mal disuena de inmediato respecto al bien. Mas todas estas cosas se entienden acerca del bien y el mal dichos de manera absoluta, y no acerca del bien y el mal dichos por accidente como aquí y ahora: porque así nada prohíbe que una misma cosa sea mala y buena, así como ser cortado y ser quemado que son males, son sin embargo bienes tanto ahora como aquí. Pero sobre tales cosas corresponde disputar o debatir en la ética: mas esto basta con saberlo solamente en la medida en que el mal se opone al bien, pero el bien nunca se opone al bien.

Pero a veces al mal se opone el bien, y a veces el mal se opone como contrario al mal: pues la pobreza extrema, por ser un mal en los ciudadanos, ya que impide los actos civiles, se opone contrariamente a la superabundancia que impide los actos de la felicidad contemplativa, y que por eso también es un mal. Pero en pocos casos esto es así, a los cuales prestando atención uno puede verlo fácilmente. En cambio, en la mayoría de los casos el bien siempre es contrario al mal. Pues no se halla sino en las materias éticas, civiles y económicas que el mal sea contrario al mal, y en aquellas que tienen analogía o proporción con las civiles o éticas: mas en todas las demás cosas el mal es contrario al bien. Pero nunca se halla un bien contrario a un bien, sino que es concorde: pues por el hecho de que el bien lo es de un solo modo y por una causa total y única, el bien es indivisible y proporcional a la igualdad: mas a lo igual no se opone lo igual, sino lo desigual. Por lo cual en la columna de los bienes Pitágoras colocó lo igual, y lo desigual lo colocó en la columna de los males [1].

Además, al considerar los contrarios, no es necesario que, si existe uno de los contrarios, por necesidad exista el restante. Pues si suponemos que todos los animales están sanos, entonces por tal hipótesis la salud existe, pero la enfermedad no existe. De modo parecido, si suponemos que todo cuerpo delimitado es blanco, entonces la blancura ciertamente existe, pero la negrura no existe: porque si existiera, convendría que estuviera en algún cuerpo delimitado: y hemos supuesto que todos esos cuerpos son blancos. Estas cosas también las podemos ver en las expresiones complejas.

Si enim Socratem esse sanum contrarium est ad id quod est Socratem languere, eo quod idem modus oppositionis in contrariis incomplexis, et in contrariis complexis quando prædicantur de eodem : tunc sicut per complexionem dicimus Socratem sanum esse et Socratem languere, cum non sit possibile quod hæc simul insint eidem in eodem tempore, non est possibile quod cum alterum sit, quod simul cum hoc sit et reliquum. Cum enim sit et verum sit sanum esse Socratem, tunc pro eodem tempore est impossibile languere Socratem, aliter enim simul secundum actum inessent contraria.

Quamvis autem simul non insunt secundum actum, palam est autem, quod omnia contraria habent fieri circa idem aut specie, aut genere : circa enim idem numero nata sunt fieri contraria, ut circa subjectum : sed circa idem specie habent fieri contraria quædam sicut circa id quod est essentialiter constituens formas contrarias, sicut albedo et nigredo circa lucem, et sicut acutum et grave in sonis circa absonum quod est in utrisque, et sicut amarum et dulce circa humidum digestum quod est in saporibus et sic in multis aliis. Habent etiam fieri circa idem genere, quia contraria sunt in eodem genere proximo vel remoto : languor namque et sanitas circa corpus animalis natura habent fieri, et sic sunt circa idem genere, scilicet animalis. Albedo autem et nigredo habent fieri in corpore terminato quod non est idem specie, sed remoto genere : non enim omnia terminata corpora sunt eadem specie propinqua. Justitia vero et injustitia habent fieri in anima, quæ est eadem specie specialissima : quia non fiunt nisi circa hominis animam, quæ eadem est specie specialis-

sima. Et sic contraria fiunt circa idem numero, et circa idem specie, et circa idem genere.

Adhuc autem consideratio in his quæ propria sunt contrariis, necessarium est omnia contraria in proximo esse, vel in contrariis generibus proximis : vel oportet quod ipsa contraria secundum se sint contraria genera. Album enim et nigrum in eodem sunt genere proximo, color enim est genus horum contrariorum. Justitia autem et injustitia quæ sunt contraria, sunt in contrariis generibus proximis, quia justitia est in genere virtutis, injustitia autem in genere vitii : virtus autem et vitium sunt contraria genera, justitiæ enim genus est virtus, injustitiæ autem genus est nequitia sive vitium.

Pues si el estar sano Sócrates es contrario a que Sócrates esté enfermo, por el hecho de que hay un mismo modo de oposición en los contrarios incomplejos, y en los contrarios complejos cuando se predican de un mismo sujeto: entonces, así como mediante la complexión decimos "Sócrates está sano" y "Sócrates está enfermo", dado que no es posible que estas cosas inheren simultáneamente al mismo sujeto en el mismo tiempo, no es posible que cuando se dé la una, se dé también simultáneamente con ésta la restante. Pues siendo y siendo verdadero que Sócrates está sano, resulta entonces imposible que durante el mismo tiempo Sócrates esté enfermo, porque de otro modo los contrarios inhererían simultáneamente en acto.

Mas aunque no inheren simultáneamente en acto, es manifiesto que todos los contrarios ocurren en torno a una misma cosa ya sea en especie, o en género: pues están dispuestos por naturaleza a producirse en torno a lo mismo en número, como ocurre en torno al sujeto: pero suceden algunos contrarios en torno a lo mismo en especie, del mismo modo que respecto a aquello que es esencialmente constituyente de formas contrarias, como la blancura y la negrura en torno a la luz, y como lo agudo y lo grave en los sonidos respecto a lo insonoro que está en ambos, y como lo amargo y lo dulce en torno al humor digerido que se halla en los sabores y así en muchas otras cosas. También han de producirse en torno a una misma cosa en género, porque los contrarios están en un mismo género ya sea próximo o remoto: pues la enfermedad y la salud están dispuestas por naturaleza a darse en torno al cuerpo del animal, y así se dan en torno a lo mismo en cuanto al género, a saber, del animal. Por otra parte, la blancura y la negrura ocurren en un cuerpo delimitado, el cual no es idéntico en especie, sino en género remoto: pues no todos los cuerpos delimitados son idénticos en la especie próxima. Por el contrario, la justicia y la injusticia suceden en el alma, la cual es idéntica en su especie especialísima: porque no se originan sino en torno al alma del hombre, la cual es la misma en la espe-

-cífica. Y así los contrarios ocurren en torno a una misma cosa en número, y en torno a una misma cosa en especie, y en torno a una misma cosa en género.

Aún más, la consideración sobre las cosas que son propias de los contrarios, es necesario que todos los contrarios se hallen en el género próximo, o en géneros próximos contrarios: o bien conviene que los contrarios mismos de por sí sean géneros contrarios. Pues lo blanco y lo negro están en un mismo género próximo, dado que el color es el género de estos contrarios. Pero la justicia y la injusticia, que son contrarias, están en géneros próximos contrarios, porque la justicia está en el género de la virtud, y la injusticia en el género del vicio: pero la virtud y el vicio son géneros contrarios, porque el género de la justicia es la virtud, mas el género de la injusticia es la iniquidad o el vicio.

Bonum vero et malum simpliciter et secundum se accepta sive universaliter non sunt in aliquo sicut in genere, sed ipsa secundum seipsa sunt contraria genera, et sic sunt genera aliorum existentia, ad quæ alia multa vel omnia sicut ad genera reducuntur.

CAPUT XI.

De dubitabilibus quæ sunt circa ea quæ dicta sunt de bono et malo.

Est autem apud multos antiquissima quæstio, quo genere oppositionis opponuntur bonum et malum. Et si considerentur verba Aristotelis in decimo tertio primæ philosophiæ, et verba Dionysii Areopagitæ in libro de *Divinis nominibus*, cap. 4, et verba Augustini in secundo libro de *Libero arbitrio*, et verba Petri Apostoli in capitulo de elementis contra Simonem magum, similiter autem verba Pythagoræ in stichia bonorum et malorum, planum est, quod omnes hi concorditer dicunt, ad quod etiam Aristoteles Socratem et Platonem inducit, quod malum privative et non contrarie opponitur bono, et quod malum est nihil secundum se, nec accidens, nec substantia, sed privatio. Privatio autem secundum se nihil est penitus. Cum enim sit in aliquo non est in eo sicut ens accidens, vel ens substantia, sed est in eo sicut habitus privatio : et hoc est idem sicut formitas et deformitas inesse dicitur in eo qui mutilatus sive denasatus est, quia Græce muti, Latine sonat nasus : constat autem quod denasatio non dicit inesse ens ut accidens, nec est ens ut substantia, quæ est forma vel materia vel compositum, sed solum ex defectu habitus debiti relinquit deformitatem et turpitudinem.

Omnes autem supra memorati auctores deducunt hanc quæstionem ad hoc, quod in nullo nihil est malum, et non est aliquid ens magis in eo cujus est privatio, quam in eo cujus non est privatio, sicut cæcitas non est magis aliquid ens in oculo quam in lapide : quamvis in oculo relinquat turpitudinem sive deformitatem, in lapide autem non relinquit turpitudinem aliquam.

Dionysius [1] igitur præ cæteris subtilius de malo agens, ostendit hoc in natura corporis et in natura Angeli, quam quidam vocant intelligentiam, quamvis Angelus secundum quod lex Moysi et Christi de Angelis loquitur, non sunt intelligentiæ [2], secundum quod Philosophi locuti sunt de intelligentiis. Hæc autem in libro *Causarum* habent determinari.

Pero el bien y el mal, tomados simplemente y de por sí o de forma universal, no están en algo como en un género, sino que ellos mismos por sí son géneros contrarios, y de este modo son géneros existentes de otros, a los cuales se reducen muchas o todas las demás cosas como a géneros.

CAPÍTULO XI.

Sobre las cuestiones dudables que existen en torno a las cosas que se han dicho acerca del bien y el mal.

Ahora bien, se da entre muchos una antiquísima cuestión: ¿en qué clase de oposición se oponen el bien y el mal? Y si se consideran las palabras de Aristóteles en el libro décimo tercero de la *Primera Filosofía*, y las palabras de Dionisio Areopagita en el libro *Sobre los nombres divinos*, capítulo 4, y las palabras de Agustín en el segundo libro de *El libre albedrío*, y las palabras del apóstol Pedro en el capítulo sobre los elementos contra Simón el Mago, e igualmente las palabras de Pitágoras en la columna de los bienes y los males, resulta claro que todos éstos dicen de manera concorde, a lo cual también Aristóteles induce a Sócrates y a Platón, que el mal se opone al bien de manera privativa y no ciertamente de manera contraria, y que el mal no es nada por sí mismo, ni un accidente, ni una sustancia, sino privación. Mas la privación, según ella misma, es completamente nada. Pues cuando se halla en algo, no está en él como un ente accidental o un ente sustancial, sino que está en él a modo de privación de un hábito: y esto es lo mismo a como la falta de forma y deformidad se dice que inheren en aquél que está mutilado o sin nariz, pues *muti* en griego suena en latín como nariz: mas consta que quedarse sin nariz no nombra a un ente que esté presente como un accidente, ni es un ente como sustancia, que es forma, o materia o el compuesto, sino que únicamente por defecto del hábito debido, deja atrás deformidad y fealdad.

Pero todos los autores señalados antes derivan esta cuestión hasta este punto, a saber, que el mal no es nada en nada, y que no se trata de algo que sea ente en mayor medida en aquello de lo cual se da la privación, que en aquello de lo que no es privación, al igual que la ceguera no es en mayor grado un ente en el ojo que en la piedra: aunque en el ojo deja fealdad o deformidad, mientras que en la piedra no deja ninguna fealdad.

Por tanto Dionisio [1], al tratar del mal más sutilmente que los otros, demuestra esto mismo en la naturaleza del cuerpo y en la naturaleza del Ángel, a la cual algunos llaman inteligencia, aunque los Ángeles, de acuerdo a como hablan de los Ángeles la ley de Moisés y de Cristo, no son inteligencias [2], según cómo los filósofos hablaron acerca de las inteligencias. Sin embargo, estas cosas han de determinarse en el libro de las *Causas*.

Est autem via disputationis Dionysii in hoc quod sumamus bonum naturæ in corpore, et bonum animæ, et bonum Angeli, et videbimus quod malum non dicit vel ponit aliquam formam vel aliquod ens, quod sit substantia vel accidens contrarium bono, sive illi formæ quam dicit bonum, sed in omnibus malum nihil ponit penitus nisi boni ademptionem, sive corruptionem, et detractionem sive diminutionem, sive aliquo quocumque modo potest nominari privatio.

Ut hæc perfectius intelligantur, dica-

mus quod entium quædam sunt essentiæ sive existentiæ, et quædam sunt entia quæ in illis essentiis existunt. Essentiæ quidem sunt formæ simplices, ut genera, et species, et differentiæ. intelligentiæ, et anima, et hujusmodi, quibus secundum se non accidit corruptio, sed si corrumpuntur, tunc corrumpuntur per accidens secundum quod sunt in esse eorum quæ sunt per harmoniam et compositionem cum his in quibus sunt, quibus datur esse secundum hoc quod sunt. His autem quæ sunt composita in quibus essentiæ sunt, accidit corruptio per dissolutionem harmoniæ et compositionis, quæ sunt in his quæ sunt. Et ideo dicit Dionysius ubi de malo loquitur, quod non corrumpitur quid existentium, sed corruptio est ablatio vel dissolutio modi et harmoniæ quæ sunt circa ea quæ ab essentiis esse non habent.

Después de que ya se ha tratado de aquellas cosas consecuentes a los predicamentos que acontecen o convienen a todos los predicamentos por el hecho de que se comparan recíprocamente los géneros o aquellas cosas que están en los géneros, ahora ha de determinarse acerca de aquello que es consecuente a los predicamentos por el ser que se predica en ellos, de lo cual, dado que los predicamentos son principios de todas aquellas cosas de las cuales son principios, se sigue que todo el ser de las cosas se predica en ellos, y se significa por los nombres de los predicamentos.

Est autem duplex, scilicet esse fluens, et esse simpliciter et stans : et prædicamentum quidem genere, specie et individuo prædicat esse stans : et hoc sufficienter in prædicamentis determinatum est. Est autem, ut dicit Avicenna, esse fluens quod non est simpliciter actus, sed permixtus potentiæ : qui modus significandi esse et prædicandi ordinatione generum et specierum et individuorum determinari non potuit, eo quod omnia illa significant et prædicant quod similiter suo modo actu est : propter quod oportuit ut hoc esse sit designatum et prædicatum in aliquo post prædicamenta consequente consignificaretur : et hoc est in tot prædicamentis, quot sunt quæ possunt habere res suas, et esse quod prædicatur permixtum potentia. De hoc ergo tractantes tractabimus de motu quantum pertinet ad præsentem speculationem : subtiliter enim de motu ad Physicum tractare pertinet : cum enim in quolibet sit ut potentia primo distans ab actu, nec devenire possit potentia ad actum nisi per motum, oportet ponere quod motus sit. Adhuc autem omne passivum, actum agentis aut nullo modo recipit, aut it per motum ad actum agentis. Constat autem quod passivum suscipit actum agentis, ergo suscipit per motum : ergo oportet ponere quod sit motus. Adhuc tempus esse ponitur : tempus autem non est continuum nisi per motum : quare oportet ponere quod motus sit. Si autem est motus, et in prædicamentis determinandum de omni voce quæ esse prædicat rei alicujus, oportet in prædicamentis determinare de modis motus, et cujusmodi esse prædicatur in modis illis, et ad quæ prædicamenta reducatur. Dicentes autem de motu secundum hunc modum non oportet nos diffinire motum, quia una et eadem ratione de sex modis motuum sive speciebus non prædicatur : motum enim hic extenso nomine sumimus pro omni eo quod dicit quodcumque esse fluens de potentia ad actum, sive id esse sit substantiale, sive accidentale : tale enim esse in quantum est fluens, in communi unum modum habet quo significetur, et quo per nomen significans ipsum secundum quod fluens est prædicetur, et hoc modo in hac scientia habet determinari. Dicamus ergo sic multiplicitatem motus determinantes, quod motus extenso nomine motus sunt sex species, scilicet generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, secundum locum mutatio.

Es empero doble, a saber, el ser fluido, y el ser simplemente y estable: y el predicamento ciertamente en el género, la especie y el individuo predica el ser estable: y esto ha sido suficientemente determinado en los predicamentos. Es empero, como dice Avicena, el ser fluido lo que no es simplemente acto, sino mezclado con la potencia: el cual modo de significar el ser y de predicar por la ordenación de los géneros y especies e individuos no pudo determinarse, por el hecho de que todas aquellas cosas significan y predican lo que si-

-milarmente en su modo es en acto: por lo cual fue oportuno que este ser fuera designado y se consignificara predicado en algo consecuente después de los predicamentos: y esto ocurre en tantos predicamentos cuantos son los que pueden tener sus propias realidades, y el ser que se predica mezclado con la potencia. Tratando pues de esto, trataremos del movimiento en cuanto atañe a la presente especulación: pues tratar sutilmente del movimiento pertenece al Físico: ya que, existiendo en cualquier cosa como potencia primero distante del acto, ni pudiendo la potencia llegar al acto sino por el movimiento, es oportuno poner que el movimiento existe. Además, todo lo pasivo, o bien no recibe de ningún modo el acto del agente, o bien llega por el movimiento al acto del agente. Consta empero que lo pasivo recibe el acto del agente, luego lo recibe por el movimiento: por lo tanto es oportuno poner que existe el movimiento. Además se pone que el tiempo existe: mas el tiempo no es continuo sino por el movimiento: por lo cual es oportuno poner que el movimiento existe. Si empero hay movimiento, y en los predicamentos ha de determinarse acerca de toda voz que predica el ser de alguna cosa, es oportuno determinar en los predicamentos acerca de los modos del movimiento, y de qué clase de ser se predica en aquellos modos, y a qué predicamentos se reduzca. Diciendo empero acerca del movimiento según este modo, no nos es oportuno definir el movimiento, porque no se predica por una y la misma razón de los seis modos de movimientos o especies: pues tomamos aquí el movimiento por nombre extendido para todo aquello que dice cualquier ser fluido de la potencia al acto, ya sea que ese ser sea sustancial, ya sea accidental: pues tal ser en cuanto es fluido, tiene en común un solo modo por el que se signifique, y por el cual se predique mediante el nombre que lo significa según que es fluido, y de este modo ha de determinarse en esta ciencia. Digamos pues así, determinando la multiplicidad del movimiento, que el movimiento por nombre extendido de movimiento tiene seis especies, a saber, generación, corrupción, aumento, disminución, alteración, y cambio según el lugar.

Generatio quidem et corruptio in substantia sunt et uno modo sunt, et dicuntur mutationes non motus. Alio autem modo motus extenso nomine motus possunt appellari. Si enim sunt in substantia solum, tunc non possunt esse nisi aut de non substantia ad substantiam secundum esse substantiæ, vel e converso de substantia ad non substantiam : et quia hi termini dicuntur opponi secundum affirmationem et negationem, inter quas nullum medium est, hæc mutatio non habet medium, sed est de termino a quo ad terminum ad quem sine medio. Adhuc autem sequitur quod non sit in tempore, sed in nunc, quia omne tempus habet medium : et velox in tempore dividit tempus et motum : nunc autem est finis temporis ad quem continuatur tempus : sequitur ergo quod talis mutatio sit finis motus : sicut enim nunc se habet ad tempus, ita mutatio se habet ad motum, et hæc est probatio Averrois super physicam in commento. Si autem generatio accipiatur ut immixta alterationi qua alteratur materia ejus quod generatur per qualitates generantis, tunc motus dici potest, et sic hic nos loquimur de generatione, quia sicut esse fluens. Juxta hunc modum plane intelligitur qualiter corruptio sit mutatio et non motus, et qualiter possit dici motus, et qualiter dicit esse substantiale fluens secundum quod dicit Aristoteles, quod in tali fluxu non est vivum et animal simul in motu, et non est animal et homo simul in motu generationis. Et opposito modo est in corruptione : quia corruptio in uno modo est mutatio de substantia ad non substantiam, et sic est finis motus. Et alio modo est immixta motui alterationis corrumpentis id quod est secundum qualitates suas alterantes in virtute corrumpentis : et sic est alteratio paulatim abjiciens a substantia, et in fine quando est substantia in abjectum esse, tunc facta est corruptio secundum substantiam. Sic igitur patet qualiter generatio et corruptio sunt motus et qualiter mutationes.

Alii autem omnes motus sunt salvato subjecto in esse substantiali subjecto ad aliquod esse secundum quantitatis perfectionem, aut secundum qualitates, aut secundum ubi. Et illi sunt proprie motus : quia mobile secundum quod mobile est ens perfectum in esse substantiali, et potentia existens in esse quanti vel qualis vel ubi : et motus est actus ejus secundum quod hujusmodi : et ideo in quantitate secundum rationem perfecti et imperfecti est augmentum et diminutio : et augmentum est motus naturalis, diminutio autem a perfecto est esse motus innaturalis.

La generación ciertamente y la corrupción se dan en la sustancia y de un solo modo son, y se llaman mutaciones, no movimientos. De otro modo empero pueden llamarse movimientos por nombre extendido de movimiento. Pues si se dan en la sustancia solamente, entonces no pueden ser sino o bien de la no sustancia a la sustancia según el ser de la sustancia, o a la inversa de la sustancia a la no sustancia: y porque estos términos se dicen oponerse según la afirmación y la negación, entre las cuales no hay ningún medio, esta mutación no tiene medio, sino que es del término «desde el cual» al término «hacia el cual» sin medio. Además se sigue que no sea en el tiempo, sino en el ahora, porque todo tiempo tiene un medio: y lo veloz en el tiempo divide el tiempo y el movimiento: el ahora empero es el fin del tiempo al cual se continúa el tiempo: se sigue por tanto que tal mutación sea el fin del movimiento: pues así como el ahora se tiene respecto al tiempo, así la mutación se tiene respecto al movimiento, y esta es la prueba de Averroes sobre la física en el comentario. Si empero la generación se toma como mezclada con la alteración por la cual se altera la materia de aquello que se genera mediante las cualidades de lo generante, entonces puede decirse movimiento, y así hablamos aquí de la generación, porque es como un ser fluido. Según este modo se entiende claramente de qué manera la corrupción sea mutación y no movimiento, y de qué manera pueda decirse movimiento, y de qué manera dice un ser sustancial fluido según lo que dice Aristóteles, que en tal flujo no están lo vivo y el animal simultáneamente en movimiento, y no están el animal y el hombre simultáneamente en el movimiento de la generación. Y de modo opuesto ocurre en la corrupción: porque la corrupción en un modo es mutación de la sustancia a la no sustancia, y así es el fin del movimiento. Y de otro modo está mezclada con el movimiento de alteración que corrompe lo que existe según sus cualidades alterantes en virtud de lo corrompente: y así es la alteración que poco a poco arroja de la sustancia, y al final, cuando la sustancia está en un ser arrojado, entonces se ha hecho la corrupción según la sustancia. Así pues es patente de qué manera la generación y la corrupción son movimientos y de qué manera son mutaciones.

Todos los otros movimientos empero se dan quedando a salvo el sujeto en el ser sustancial, sujeto a algún ser según la perfección de la cantidad, o según las cualidades, o según el «donde». Y esos son propiamente movimientos: porque lo móvil, en cuanto móvil, es un ente perfecto en el ser sustancial, y existente en potencia en el ser de lo cuanto o de lo cual o del «donde»: y el movimiento es su acto en cuanto tal: y por eso en la cantidad, según la razón de lo perfecto y de lo imperfecto, se dan el aumento y la disminución: y el aumento es un movimiento natural, mas la disminución desde lo perfecto es ser un movimiento innatural.

Alteratio autem non nominatur nominibus oppositis, sed uno nomine communi, quod est secundum qualitatem cujus terminus secundum naturam vel ultra quem non debet esse, est calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum, et sic de aliis qualitatibus quæ causantur ab istis : tamen non est ratione determinata. Quia tamen tempore complexionatum variatur et simpliciter in simplicibus, et ideo dicit Aristoteles[1], quod non est eadem sanitas in mane et vespere : quia sanitas est habitus fundatus super calidi et frigidi, humidi et sicci complexione : et ideo in genere determinatur et non in specie, et dicitur alteratio : qualitas enim in genere non habet contrarium, sed in specie[2]. Et quamvis quantitas non habeat contrarium, nec in genere, nec in specie, tamen in ratione termini naturalis et defectus ab isto suspicitur circa quantitatem qualitatis contrarietatis. Ideo ergo in communi dicitur alteratio.

Et hæ quidem mutatione sunt secundum ea quæ insunt substantiæ aut substantialiter, aut accidentaliter ; et si accidentaliter aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem : relatio enim non prædicat aliquod quod absolute insit secundum quod est, sed ipsum esse ad aliquid, et patet quod ad ea quæ insunt substantiæ pluribus modis non potest esse motus. Si autem est secundum ea quæ extrinsecus adjacent substantiæ, tunc non potest esse secundum quando : quia quando causatur a tempore, et tempus est mensura motus, et non potest esse secundum quando, nisi esset secundum motum, et sic motus esset ad motum, et hoc procederet in infinitum, quod esse non potest. Nec potest esse secundum actionem : quia actio est operatio agentis et moventis, et motus non est in agente sicut in subjecto. Non potest esse secundum passionem : quia passio est causa motus. Nec potest secundum positionem : quia positio partium in toto et in loco non mutatur nisi per generationem et corruptionem, ut patet. Nec secundum habitum : quia habitus mutatur ad subjectum et non mutat ipsum. Relinquitur ergo, quod sit secundum ubi in quo totum mobile salvatum transfertur de loco ad locum : et ideo per se non possunt esse nisi sex species vel modi motus, secundum quod motus dicit esse vel ubi etiam fluens.

Palam autem est, quod motus alii et alii sunt diversi ab invicem, et unus non incidit in alterius intentionem : non enim potest esse quod generatio sit corruptio, quia generatio est via in esse, et corruptio est via ab esse in non esse. Nec augmentum potest esse diminutio : quia augmentum est via ad debitam secundum naturam quantitatem, diminutio autem est ab illa. Nec alteratio est secundum locum mutatio : quia alteratum manens in loco eodem in passionibus motum vel mutatum est, in loci autem mutatione totum secundum se translatum est ad alium locum.

La alteración empero no se nombra con nombres opuestos, sino con un solo nombre común, que es según la cualidad cuyo término según la naturaleza o más allá del cual no debe estar, es lo cálido, o lo frío, o lo húmedo, o lo seco, y así de las otras cualidades que son causadas por estas: sin embargo no es por una razón determinada. Porque sin embargo con el tiempo lo complexionado varía y simplemente en los simples, y por eso dice Aristóteles [1], que no es la misma salud por la mañana y por la tarde: porque la salud es un hábito fundado sobre la complexión de lo cálido y lo frío, lo húmedo y lo seco: y por eso se determina en el género y no en la especie, y se llama alteración: pues la cualidad en el género no tiene contrario, sino en la especie [2]. Aunque la cantidad no tenga contrario, ni en el género ni en la especie, sin embargo en la razón del término natural y del defecto respecto de este se sospecha en torno a la cantidad una cualidad de contrariedad. Por eso pues en común se llama alteración.

Y estas mutaciones ciertamente son según las cosas que están en la sustancia o sustancialmente o accidentalmente; y si accidentalmente, o bien según la cantidad, o bien según la cualidad: pues la relación no predica algo que esté absolutamente según lo que es, sino el mismo ser hacia algo, y es patente que respecto a las cosas que están en la sustancia de más modos no puede haber movimiento. Si empero es según las cosas que adyacen extrínsecamente a la sustancia, entonces no puede ser según el «cuando»: porque el «cuando» es causado por el tiempo, y el tiempo es la medida del movimiento, y no puede ser según el «cuando» a no ser que fuera según el movimiento, y así el movimiento sería hacia el movimiento, y esto procedería al infinito, lo cual no puede ser. Ni puede ser según la acción: porque la acción es la operación del agente y del moviente, y el movimiento no está en el agente como en el sujeto. No puede ser según la pasión: porque la pasión es la causa del movimiento. Ni puede según la posición: porque la posición de las partes en el todo y en el lugar no se muda sino por la generación y la corrupción, como es patente. Ni según el hábito: porque el hábito se muda hacia el sujeto y no lo muda a él. Resta pues que sea según el «donde», en el cual todo lo móvil salvado se traslada de lugar a lugar: y por eso por sí no pueden ser sino seis especies o modos de movimiento, según que el movimiento dice el ser o el «donde» también fluido.

Es patente empero que unos y otros movimientos son diversos entre sí, y uno no incide en la intención del otro: pues no puede ser que la generación sea corrupción, porque la generación es el camino hacia el ser, y la corrupción es el camino desde el ser hacia el no ser. Ni el aumento puede ser disminución: porque el aumento es el camino hacia la cantidad debida según la naturaleza, la disminución empero es desde ella. Ni la alteración es el cambio según el lugar: porque lo alterado permaneciendo en el mismo lugar es movido o mudado en las pasiones, mas en la mutación de lugar el todo según sí mismo es trasladado a otro lugar.

Quamvis autem dicatur quod tot sunt species motus quot sunt species entis [3], eo quod in quolibet prædicamento est devenire de potentia ad actum, tamen illi sunt motus per accidens et non per se, et sunt infiniti : et ideo per artem

fieri non possunt, sed aliis motibus sunt adjuncti.

In alteratione vero habet quamdam secundum quosdam quæstionem. Dubitant enim quidam, ne forte necessarium sit id quod alteratur per aliquam reliquarum mutationum alterari, et non secundum ipsam alterationem. Hoc autem quamvis dicant quidam, tamen non est verum, et hoc experiri possumus in nobis ipsis : accidit enim nobis pene secundum qualitates omnes passionum animæ et corporis alterari absque eo quod aliqua aliarum mutationum mutemur : non enim augeri necessarium est quod secundum passiones qualitatum movetur : nec necessarium est minui secundum id quod movetur secundum passibiles qualitates. Similiter autem est et in aliis motibus, quia non est necesse alteratum secundum locum moveri, vel generari, vel corrumpi. Propter quod patet quod alteratio alia est mutatio quæ est præter omnes alios motus et separata ab omnibus aliis. Nam si alteratio esset eadem cum aliqua aliarum mutationum, oporteret id quod alteratur, augeri vel minui : vel oporteret quod cum alteratur, fieret quædam aliarum consequentium ad alterationem mutationum. Sed hoc non est necessarium, quia potest alterari nulla aliarum mutationum facta in ipso.

Similiter autem sciendum, quod id quod augetur, non aliqua aliarum mutationum movetur, sicut quod minuitur, vel generatur, vel corrumpitur, vel quod movetur secundum locum physicæ secundum quod motus secundum locum est a generante, procul dubio prius oportet alterari in omnibus physicis : quia non fit generatio, vel corruptio, vel augmentum, vel diminutio, vel loci mutatio quæ est a natura, nisi alteratione præcedente quæ disponit generabile vel corruptibile vel augens et auctum et diminuens et diminutum et secundum locum motum ad hoc quod mutetur.

Et quamvis sit hoc necessarium in physicis, tamen in mathematicis sunt quædam crescentia in plus et additamentum suæ quantitatis, quæ non alterantur de qualitate in qualitatem aliam, sicut patet in secundo Euclidis, quod quadrangulum circumposito gnomone crevit quidem, sed in nullo est factum alteratum : quia de figura in figuram non est mutatum.

Aunque empero se diga que hay tantas especies de movimiento cuantas especies de ente [3], por el hecho de que en cualquier predicamento se da el llegar de la potencia al acto, sin embargo aquellos son movimientos por accidente y no por sí, y son infinitos: y por eso mediante el arte

no pueden hacerse, pero están adjuntos a otros movimientos.

Pero en la alteración tiene cierta cuestión según algunos. Pues algunos dudan, no sea que tal vez sea necesario que aquello que se altera sea alterado por alguna de las mutaciones restantes, y no según la alteración misma. Pero aunque algunos digan esto, sin embargo no es verdad, y esto lo podemos experimentar en nosotros mismos: pues nos sucede alterarnos casi según todas las cualidades de las pasiones del alma y del cuerpo sin que seamos mutados por alguna de las otras mutaciones: pues no es necesario ser aumentado aquello que se mueve según las pasiones de las cualidades: ni es necesario ser disminuido según aquello que se mueve según las cualidades pasibles. Pero de manera similar es también en los otros movimientos, porque no es necesario que lo alterado sea movido según el lugar, o sea generado, o sea corrompido. Por lo cual es claro que la alteración es otra mutación que está además de todos los otros movimientos y separada de todos los otros. Pues si la alteración fuese la misma con alguna de las otras mutaciones, convendría que aquello que se altera, fuera aumentado o fuesen disminuidos: o convendría que cuando se altera, se hiciese alguna de las mutaciones consiguientes a la alteración. Pero esto no es necesario, porque puede alterarse no habiéndose hecho ninguna de las otras mutaciones en él.

Pero similarmente ha de saberse, que aquello que es aumentado, no es movido por alguna de las otras mutaciones, así como aquello que es disminuido, o es generado, o es corrompido, o que es movido según el lugar físico según que el movimiento según el lugar es a partir de lo que genera, sin duda es oportuno primero ser alterado en todas las cosas físicas: porque no se hace la generación, o la corrupción, o el aumento, o la disminución, o la mutación de lugar que es por naturaleza, sino por alteración precedente que dispone lo generable o corruptible o lo que aumenta y lo aumentado y lo que disminuye y lo disminuido y lo movido según el lugar a esto que sea mutado.

Y aunque esto sea necesario en las cosas físicas, sin embargo en las cosas matemáticas hay algunas que crecen en más y adición de su cantidad, que no se alteran de cualidad en otra cualidad, como es claro en el segundo de Euclides, que el cuadrángulo con el gnomon puesto alrededor en verdad ha crecido, pero en nada es hecho alterado: porque no se ha mutado de figura en figura.

Est enim *gnomon* secundum Euclidem supplementum quadranguli quod est altera parte longius ad inveniendum quantitatem quadranguli : et si hoc circumponitur quidem ad quadrangulum, est quidem quadrangulum majus factum, sed tamen a figura sua secundum speciem quadranguli non est mutatum : et ideo non est alteratum, quia secundum aliam speciem qualitatis alterari non posset nisi secundum figuram.

![Diagram of Gnomon and Quadrato]

[Diagram showing a square (quadrato) with a L-shaped addition (gnomon) forming a larger square.]

<!-- cap:1.1.15 -->

CAPUT XV — *De his quæ motibus opposita sunt.*

Motus autem consideratio duplex est : consideratur simpliciter sive universaliter prout abstrahit ab hoc motu et illo. Consideratur etiam secundum speciem prout est hic vel ille motus. Dicamus igitur quod motui simpliciter considerato contrarium est quies. Dico autem contrarium large sumendo prout privatio dicitur in physicis contrarium : quod enim est quies, est privatio motus : ideo quia movens ad formam contraria quiete eniente quam inducere intendit, cessat a movendo : et sic cessat et privatur motus in eo quod motus est : et quia status est in forma vel in loco ad quem fit motus, sicut in contrario ei cujus motus incipit, ideo contrarium dicitur esse quies ad motum : cum tamen quies secundum se non sit contrarium, sed potius est privatio motus [1].

Contra quod tamen quidam objiciunt dicentes quod cessatio motus est negatio motus ab eo quod possibile est moveri, et non movetur et terminat motum ad nunc in quo est in motum esse, sed in eo quod movetur eadem aptitudo est, quia etiam illud aptum est moveri : idem ergo est subjectum in eo quod possibile est moveri et in eo quod movetur, utrumque enim est aptum natum moveri, et quies non est nisi negatio motus ab utroque : quies ergo videtur contradictorie opponi motui, et non privative vel contrarie. Hæc autem eadem argumentatio fieri potest in

Pues el *gnomon* según Euclides es un suplemento del cuadrángulo que es más largo por otra parte para hallar la cantidad del cuadrángulo: y si esto se pone alrededor ciertamente al cuadrángulo, ciertamente un cuadrángulo mayor es hecho, pero sin embargo de su figura según la especie de cuadrángulo no se ha mutado: y por eso no se ha alterado, porque no podría alterarse según otra especie de cualidad a no ser según la figura.

![Diagrama de Gnomon y Cuadrado]

[Diagrama que muestra un cuadrado con una adición en forma de L (gnomon) formando un cuadrado mayor.]

<!-- cap:1.1.15 -->

CAPÍTULO XV — *De las cosas que son opuestas a los movimientos.*

Pero la consideración del movimiento es doble: se le considera de manera simple o universal en la medida en que se abstrae de este o aquel movimiento. También se considera según la especie en la medida en que es este o aquel movimiento. Digamos pues que al movimiento considerado de forma simple su contrario es el reposo. Pero digo contrario tomándolo en sentido amplio en la medida en que la privación se llama contrario en la física: pues lo que es el reposo, es la privación del movimiento: por lo cual porque el moviente a la forma contraria por el reposo venidero que intenta inducir, cesa del mover: y así cesa y el movimiento se priva en aquello que es el movimiento: y porque el estado está en una forma o en un lugar hacia el cual se hace el movimiento, así como en lo contrario a aquello de lo cual comienza el movimiento, por eso se dice que el reposo es contrario al movimiento: aunque sin embargo el reposo en sí mismo no es un contrario, sino que más bien es la privación del movimiento [1].

Contra lo cual sin embargo algunos objetan diciendo que la cesación del movimiento es la negación del movimiento de aquello que es posible ser movido, y no se mueve y termina el movimiento al ahora en el cual ha de ser movido, pero en aquello que se mueve está la misma aptitud, porque también aquello es apto para ser movido: luego es el mismo sujeto en aquello que es posible ser movido y en aquello que se mueve, pues ambos son aptos por naturaleza para ser movidos, y el reposo no es sino la negación del movimiento de ambos: luego el reposo parece oponerse contradictoriamente al movimiento, y no privativa o contrariamente. Pero esta misma argumentación se puede hacer en

omnibus privative oppositis. Sed ad hoc dicendum quod quies vel privative vel contrarie opponitur motui, sicut dictum est. Et cum dicitur quod eadem aptitudo vel potentia ad motum est in eo quod aptum natum est moveri et non movetur, et in eo quod actu movetur, dicendum quod hoc falsum est : non enim eadem potentia est ante actum et cum actu existens : et sic affirmatio et negatio non sunt omnino de eodem : et sic non potest esse contradictio. Opponitur igitur quies motui privative vel contrarie prout simpliciter consideratur.

Ex quo manifestum est quod generatio et corruptio motus non sunt sed fines motuum, quia non opponitur generationi quies, sed corruptio. Motibus autem (si per singulas species motus considerantur) opponitur non quies, sed in contrarium motus, ut generationi opponitur corruptio, quia generatio est via in substantiam, corruptio autem est motus in contrarium, a substantia scilicet in non substantiam : et similiter opponitur augmentatio diminutioni, quia augmentum est existentis magnitudinis additamentum: diminutio autem est in contrarium, scilicet ab existente secundum naturam magnitudine decrementum.

Mutationi autem quæ est per locum, maxime videtur quies esse opposita. Et hæc causa est : quia hic est simplex motus vel mutatio, in quo totum mobile secundum substantiam et quantitatem et qualitatem (quæ in ipso) transfertur : et ideo etiam quies illi simpliciter opponitur : quia sicut talis motus simpliciter est motus et causa motuum aliorum, ita talis quies simpliciter est quies. Motus autem alii sunt motus quidam et in quodam, et quietes sunt quietes in quodam.

Quamvis autem loci mutationi simpliciter quies est opposita, tamen cuidam loci mutationi quæ recta est, sicut sursum vel deorsum, fortassis etiam opponitur in contrarium secundum locum mutatio, ut loci mutatio quæ est inferius, opponitur loci mutationi quæ est superius, et quæ est superius, opponitur ei quæ est inferius. Hoc autem certum non est utrum sit propter contrarietatem loci ut locus, vel propter contrarias qualitates loco accidentes, sicut superius in tractatu de Quantitate dictum est. Vel forte ideo dubium est : quia con-

habere dicantur . Dicamus igitur quod habere dicitur multis modis : nec est univoca prædicatio ejus de illis, sed æquivoca vel magis analoga secundum prius et posterius. Primus autem modus est secundum qualitatem, sive habeatur ut habitus, sive ut passio, vel aliqua alia species qualitatis, sicut dicimur habere scientiam vel virtutem. Secundo autem modo dicitur secundum quantitatem, sicut dicimus aliquid habere magnitudinem trium cubitorum vel quatuor.

todos los opuestos privativamente. Pero a esto se ha de decir que el reposo se opone privada o contrariamente al movimiento, como se ha dicho. Y cuando se dice que la misma aptitud o potencia al movimiento está en aquello que es por naturaleza apto para moverse y no se mueve, y en aquello que se mueve en acto, se ha de decir que esto es falso: pues no existe la misma potencia antes del acto y con el acto: y así la afirmación y la negación no son de ninguna manera del mismo: y así no puede haber contradicción. Por consiguiente el reposo se opone al movimiento de modo privativo o contrario en cuanto es considerado simplemente.

De lo cual es manifiesto que la generación y la corrupción no son movimientos sino fines de los movimientos, porque el reposo no se opone a la generación, sino la corrupción. Pero a los movimientos (si los movimientos se consideran a través de las especies singulares) no se opone el reposo, sino el movimiento en contrario, así como la corrupción se opone a la generación, porque la generación es la vía a la sustancia, pero la corrupción es el movimiento hacie lo contrario, a saber de la sustancia a la no--sustancia: y similarmente el aumento se opone a la disminución, porque el aumento es la adición de una magnitud existente: pero la disminución es hacia el contrario, a saber un decremento desde la magnitud existente según la naturaleza.

Pero a la mutación que es por el lugar, el reposo parece oponerse mayormente. Y esta es la causa: porque aquí hay un movimiento o mutación simple, en el cual todo el móvil según la sustancia, la cantidad y la cualidad (que están en él) es transferido: y por eso también el reposo se opone a él de modo simple: porque así como tal movimiento simplemente es movimiento y causa de otros movimientos, así tal reposo simplemente es reposo. Pero los otros movimientos son ciertos movimientos y en una cierta cosa, y los reposos son reposos en una cierta cosa.

Pero aunque a la mutación de lugar simple se oponga el reposo, sin embargo a cierta mutación de lugar que es recta, como hacia arriba o hacia abajo, tal vez también se oponga en contrario la mutación según el lugar, así como la mutación del lugar que es hacia abajo, se opone a la mutación de lugar que es hacia arriba, y la que es hacia arriba, se opone a la que es hacia abajo. Pero no es seguro si esto sea a causa de la contrariedad del lugar en cuanto lugar, o a causa de cualidades contrarias que sobrevienen al lugar, como se ha dicho antes en el tratado Sobre la Cantidad. O tal vez por eso sea dudoso: porque con-

-mo se diga que tienen. Digamos pues que «tener» se dice de muchos modos: ni es una predicación unívoca de él sobre ellos, sino equívoca o más bien análoga según lo anterior y lo posterior. El primer modo empero es según la cualidad, ya sea que se tenga como hábito, o como pasión, o alguna otra especie de cualidad, como se dice que tenemos ciencia o virtud. De la segunda manera empero se dice según la cantidad, como decimos que algo tiene una magnitud de tres codos o de cuatro.

Tertio autem modo dicitur habere quod extrinsecus adjacet circa corpus, sicut dicimur habere vestimentum, vel chlamydem, aut tunicam, vel habere armaturam : et hic est proprius modus prædicamenti habitus. Quarto autem modo dicitur habere quod est in parte, sicut habere annulum in digito. Quinto autem modo dicitur habere ut pars in toto, sicut dicitur corpus habere manum vel pedem. Sexto autem modo dicitur habere ut continens contentum, sicut dicitur vas habere vinum, vel modius habere triticum : vas enim habere dicitur vinum, et modius triticum. Septimo autem modo dicitur habere ut possessio, sicut dicimur habere agrum vel domum. Octavo autem modo dicitur habere aliquem uxorem, et uxorem habere virum : sed iste modus videtur esse remotissimus ab habere, quia nihil aliud dicere videtur nisi uxorem cohabitare. Palam autem est quod forte et alii modi possunt inveniri ab aliis, sicut dicere aliquid habere se ad aliquid, sed illi ad istos octo reducuntur. Hi ergo sunt octo modi ejus quod est habere fere omnes quos enumerat Aristoteles. Et hi ad prædicamenta et ad ea quæ post prædicamenta consequuntur, reducuntur. Qualitas enim habitus est in prædicamento qualitatis : quantitas autem in prædicamento quantitatis. Ea autem quæ sunt circa corpus, sunt in prædicamento habitus. Quod autem est in parte, vel ut pars in toto, vel ut contentum in continente, reducitur ad prædicamentum ubi, vel ad prædicamentum positionis. Possessio autem vel habere uxorem, reducitur ad prædicamentum habitus secundum extrinsecam denominationem vel ad relationem. Sic igitur de omnibus quæ ad prædicamentorum logicam pertinent, determinatum est.

vel tunica : quæ omnia mutantur ad habentem, et non mutant eum, ut dicit Augustinus, et juxta hunc modum est id quod habetur in decorem, ut quod circumdat membrum, sicut habetur annulus in digito. Adhuc autem alio modo dicitur sicut totum habet partes præcipue organicas quæ sunt ad actum, ut manum, aut pedem, quando habentur ad usum manus et pedes. Dicitur etiam habere secundum quod in vase mensurante quantitatem et continente, sicut dicitur quis habere granum tritici in modio, aut sicut vinum dicitur quis habere in lagena : vinum enim in lagena habere dicimur, et in modio grana tritici, quia lagena continet et mensurat vinum, et modius triticum.

De la tercera manera empero se dice tener aquello que extrínsecamente adyace en torno al cuerpo, como se dice que tenemos un vestido, o una clámide, o una túnica, o que tenemos una armadura: y este es el modo propio del predicamento del hábito. De la cuarta manera empero se dice tener lo que está en una parte, como tener un anillo en el dedo. De la quinta manera empero se dice tener como la parte en el todo, como se dice que el cuerpo tiene mano o pie. De la sexta manera empero se dice tener como lo continente lo contenido, como se dice que el vaso tiene vino, o el modio tiene trigo: pues el vaso se dice tener vino, y el modio trigo. De la séptima manera empero se dice tener como posesión, como se dice que tenemos un campo o una casa. De la octava manera empero se dice que alguien tiene esposa, y que la esposa tiene marido: pero este modo parece ser el más remoto del tener, porque no parece decir otra cosa sino que la esposa cohabita. Es patente empero que tal vez otros modos pueden ser hallados por otros, como decir que algo se tiene de tal modo hacia algo, pero aquellos se reducen a estos ocho. Estos son pues los ocho modos de aquello que es tener, casi todos los cuales enumera Aristóteles. Y estos se reducen a los predicamentos y a aquellas cosas que se siguen después de los predicamentos. Pues la cualidad del hábito está en el predicamento de la cualidad: la cantidad empero en el predicamento de la cantidad. Aquéllas cosas empero que están en torno al cuerpo, están en el predicamento del hábito. Lo que empero está en la parte, o como parte en el todo, o como lo contenido en lo continente, se reduce al predicamento del «donde», o al predicamento de la posición. La posesión empero o tener esposa, se reduce al predicamento del hábito según la denominación extrínseca o a la relación. Así pues, se ha determinado acerca de todas las cosas que pertenecen a la lógica de los predicamentos.

o una túnica: las cuales todas se mutan hacia quien las tiene, y no lo mutan a él, como dice Agustín, y junto a este modo está aquello que se tiene para decoro, como lo que circunda un miembro, tal como se tiene un anillo en el dedo. Además de otro modo se dice como un todo tiene partes especialmente orgánicas que son para el acto, como la mano, o el pie, cuando se tienen para su uso las manos y los pies. Se dice también tener según algo en un vaso midiendo su cantidad y conteniéndola, como se dice que alguien tiene un grano de trigo en un modio, o como se dice que alguien tiene vino en una jarra: pues el vino decimos tener en una jarra, y los granos de trigo en el modio, porque la jarra contiene y mide el vino, y el modio el trigo.

Hæc igitur omnia diversimode habere dicuntur diversi, et diversis secundum omnia. Hic est unus modus prædicandi. Dicitur etiam alio modo habere per modum quo habetur possessio, sicut domum et agrum habere dicimur : et hic est specialis modus habendi et valde proprius. Adhuc autem dicitur habere sicut vir uxorem dicitur habere, aut uxor virum, mutuo contractu inter virum et uxorem. Sed modus iste qui dictus est, videtur alienissimus inter omnes modos habendi qui dicti sunt : nihil enim aliud dicimus virum habere uxorem, nisi quia cohabitant simul ad civiles et œconomicos actus : et hoc modo habens habetur eodem modo quo habet : et per eumdem contractum qui habet efficitur habitus, et hoc non est in aliquo aliorum modorum. Forte tamen adhuc apparebunt et alii modi ejus quod est habere : sed qui magis consueverunt dici et usitati sunt apud sapientes sunt isti, qui pene omnes enumerati sunt : et si qui alii sunt, reducuntur ad istos.

Modi autem habendi qui dicti sunt, sic accipiuntur. In omnibus enim habens aliquo modo est principium habiti, et habitum est ad naturam habentis, quando proprie habetur : aut igitur secundum naturam est principium, aut secundum voluntatem, aut simul secundum naturam et voluntatem. Si enim principium est secundum naturam, aut est secundum qualitatem cujus natura est principium, et sic est modus primus, aut secundum quantitatem, et sic est modus secundus. Nec plures sunt secundum naturam : quia cum habens differat ab habito, oportet quod substantia sit habens et qualitas vel quantitas sint habita. Alia vero prædicamenta non prædicant aliquid absolutum. Si autem natura cum voluntate est principium, tunc est modus quintus, in quo membrum habetur a natura : visus autem refertur ad voluntatem. Si autem sola voluntas est principium, tunc est respectu principii extrinseci quod extrinsecus se habet ad habentem : aut igitur habitum habens est ex ipso quod habet, aut non : si sic, est tunc modus octavus : si non, et est de extrinsecis : aut ergo habitum mutatur ad formam habentis, aut non. Si sic : aut est ad necessitatem, aut decorem. Si est ad necessitatem : tunc est tertius modus. Si est ad decorem : tunc est modus quartus. Si vero mutatur habitum ad habentem : aut habitum habetur per modum contenti, sicut in vase mensurante : aut per modum habitus tantum. Si per modum contenti : tunc est modus nonus. Si secundo modo : tunc est modus septimus.

Multis autem aliis modis potest accipi numerus modorum habendi : sed quia parva vis est in talibus, ideo illa sufficiant.

Estas por consiguiente todas se dicen de diverso modo para los diversos el tener, y por diversos según todas las cosas. Este es un modo de predicar. Se dice también de otro modo tener por el modo en el cual se tiene posesión, como se dice que tenemos una casa y un campo: y este es un modo especial de tener y un modo muy propio. Además se dice tener así como el hombre se dice que tiene una mujer, o la mujer al hombre, por mutuo contrato entre hombre y mujer. Pero este modo que se ha dicho, parece muy ajeno entre todos los modos de tener que han sido dichos: pues nada otra cosa decimos que el varón tiene mujer, sino porque cohabitan simuladamente hacia los actos civiles y económicos: y de este modo el que tiene es tenido del mismo modo por el cual tiene: y por el mismo contrato el que tiene se hace tenido, y esto no ocurre en ninguno de los otros modos. Tal vez sin embargo aún aparecerán otros modos de aquello que es el tener: pero los que son más acostumbrados decirse y usados entre los sabios son estos, que casi todos se han enumerado: y si hay cualesquiera otros, se reducen a estos.

Pero los modos del tener que han sido dichos, así se aceptan. Pues en todos el tener en algún modo es el principio de lo tenido, y lo tenido es a la naturaleza del que tiene, cuando propiamente se tiene: luego o según la naturaleza es principio, o según la voluntad, o simultáneamente según naturaleza y voluntad. Pues si el principio es según la naturaleza, o es según cualidad del cual la naturaleza es principio, y así es el primer modo, o bien según la cantidad, y así es el modo segundo. Ni hay más según la naturaleza: porque como quiera que lo que tiene difiere de lo que es tenido, es necesario que la sustancia sea la que tiene y la cualidad o la cantidad sean tenidas. Pero los otros predicamentos no predican nada absoluto. Pero si la naturaleza con la voluntad es el principio, entonces es el quinto modo, en el cual el miembro es tenido por naturaleza: y la vista se refiere a la voluntad. Pero si la sola voluntad es el principio, entonces es respecto al principio extrínseco que se halla extrínsecamente al que lo tiene: luego o lo tenido teniendo es a partir del mismo que tiene, o no: si es así, es entonces el octavo modo: si no, y es de las cosas extrínsecas: o por consiguiente lo tenido se muta a la forma del que lo tiene, o no. Si es así: o es a la necesidad, o al decoro. Si es a la necesidad: entonces es el tercer modo. Si es al decoro: entonces es el modo cuarto. Pero si lo tenido se muta hacia el que lo tiene: o lo tenido es tenido por el modo de lo contenido, así como en vaso medidor: o bien por modo de hábito solamente. Si a modo de lo contenido: entonces es el noveno modo. Si de un segundo modo: entonces es el séptimo modo.

Pero en muchos otros modos se puede aceptar el número de modos del tener: pero porque en tales hay poca fuerza, por eso basten éstos.